١٠٣٤٨
٢٥٠

ENCHIRIDION

AD

SACRARUM DISCIPLINARUM CULTORES

ACCOMMODATUM

OPERA ET STUDIO

ZEPHYRINI ZITELLI-NATALI

SACRAE THEOLOGIAE ATQUE U. IURIS DOCTORIS

ET S. CONGREG. DE PROP. FIDE OFFICIALIS.

ALMA COLLEGE
270.02
LIBRARY
Z69
Alma, California

EDITIO TERTIA NOVIS CURIS AUCTIOR
ET EMENDATIOR

Property of
CLgA
Please return to
Graduate Theological
Union Library

ROMAE
EX TYPOGRAPHEO FRATRUM MONALDI
AD CLIVUM TRIUM OLLARUM, V.
Vulgo delle tre pile, 5.

MDCCCLXXVIII.

2771

Cum Auctores aliqui, quorum versiones editionesque quas curarunt in sequenti schemate recensentur, sint e protestantium coetu, monemus, ne quis, nisi sibi data venia legere eas audeat. Si qua vero laus illis tribuitur, ea unice respicit eorum laborem ac industriam in parte materiali, non vero doctrinam quam sequuntur, relate ad quam singula adnotare omisimus, cum hoc opus eruditis ecclesiasticis et praesertim illis qui studiis biblicis vacant inserviat, qui ea colligere aliunde facile possunt.

Jus proprietatis omnino vindicatur.

CHRONOTAXIS
ROMANORUM PONTIFICUM

PER ANNOS DIGESTA

QUIBUS PONTIFICATUM INIERE

SAECULO I.

S. Petrus. 42
S. Linus. 67
S. Cletus [1] 80
S. Clemens. 92
S. Anencletus. 98
al. Anacletus.

SAECULO II.

S. Evaristus. 100
S. Alexander. 108
S. Sixtus I. 118
S. Telesphorus. 128
S. Hyginus. 138
S. Pius I. 141
S. Anicetus [2] 154
S. Soter. 167
S. Eleutherius. 176
S. Victor I. 189

SAECULO III.

S. Zephirinus. 200
S. Callistus I. [3] 218
S. Urbanus I. 223
S. Pontianus. 231
S. Anteros. 235
S. Fabianus. 236
S. Cornelius. 251
Novatianus ant.
S. Lucius I. 252
S. Stephanus I. [4] 253
S. Sixtus II. 257
S. Dionysius. 258
S. Felix I. 267
S. Eutychianus [5] 272

1 Locupletiora christianae antiquitatis testimonia persuadent, Anacleto decessorem fuisse Linum, successorem Clementem, itemque nullum extitisse Cletum Pontificem ab Anacleto diversum.

2 Quamvis acta Polycarpi poscant ut Aniceti Pontificatus Ecclesiae fastis paulo maturius, quam in Eusebiana historia consignetur (Cf. Barth. Borghesi in An. Archaeol. I. XXIV), haud profecto satis est causae, cur in ordine successionis contra Hegesippi testimonium Anicetus Pio Pontifici praeponatur.

3 Secus Appiam instauravit atque ampliavit celebre hypogeum quod eius nomen accepit; Montanistas nativae austeritatis praesidio ac Tertulliani auctoritate superbientes compressit; de poenitentiae deque matrimonii sacramentis apostolicam doctrinam propugnavit; Sabellium in errore obfirmantem ecclesiastica communione prohibuit; idoneum sabellismi refutandi modum successoribus praestructum legavit; catholicae veritatis integritati per universum orbem auctoritate sua prospexit. Quibus omnibus quinquenni dumtaxat pontificatu gestis, dignus tanto pugile exitus, martyrium accessit.

4 Traditionem antiquam de non rebaptizandis iis, qui ab haereticis rite babtizati fuerant, retineri iussit, contra S. Cyprianum aliter cum quibusdam Africae Conciliis opinantem.

5 In libro pontificali et martyrologio romano VI idus Dec. refertur, Eutychianum plus quam 300 martyres tumulasse, eumdemque primum iussisse, ut deinceps martyrum corpora cum colobio aut dalmatica purpurea sepelirentur, cum antea Christiani sacra martyrum corpora sepelire consueverint cum linteis eorum sanguine respersis. Qua in re placet adnotare, Benedictum XIV quinque

S. Caius. 280
S. Marcellinus. [1] 295

SAECULO IV.

S. Marcellus I. 304
S. Eusebius. 309
S. Melchiades. 311
S. Silvester I. [2] 314
S. Marcus. 336
S. Iulius I. 337
S. Liberius [3] 352
Felix qui dictus est II.

enumerare signa quibus sanctorum sepulchra martyrum ab aliis secernebantur, nempe *inscriptionem*, *instrumenta martyrii*, *monogramma nominis Christi*, *palmam et vasculum sanguinis*. Sacra vero Congregatio Rituum edidit Decretum sub Illmo ac Rmo P. D. Dominico Bartolini Secretario, nunc inter Emos S. R. E. Cardinales adlecto, die X decemb. 1863 sanciens, phialas vitreas aut figulinas sanguine tinctas, quae ad loculos sepultorum in ss. Caemeteriis vel intus vel extra ipsos reperiuntur, censeri debere martyrii signum.

Ex compositione 300 martyrum ab Euthychiano peracta liquet, quantum a veritate abludat D. Dublinensis Dodwellus qui Dissertatione Cyprianica XI, sibi proposuit demonstrandum, non solum multo minorem quam vulgo aestimatur, sed prorsus exiguum fuisse numerum martyrum, qui tribus primis Ecclesiae saeculis religionis causa e medio sublati sunt. Ad quod paradoxum sustinendum minime eidem suffragatur martyrologium Bucherianum, quod veluti absolutum latinorum martyrum elenchum nullo iudicio ipse spectare videtur, quum reapse sit census quorumdam immobilium festorum, quae anno 349 vel 360 Romae acta sunt extra quadragesimam et festa paschalia, idemque binis Apostolis ac tribus Africanis martyribus demptis, illustriores memoret martyres intra unius saeculi spatium prope Urbem depositos atque honoratos.

1 Ex monumentis Marcellino Pontifici coaevis et supparibus vehementia indicia elici possunt, quare suspicemur, Marcellinum atque Marcellum non duos fuisse Pontifices, sed unum eumdemque aliter atque aliter appellatum, eamque Marcelli Pontificis accessionem in sequioris aevi codicibus factam esse, sive etiam in vetustioribus, quos tamen recentior manus immutarit. Sane inter antiquiora monumenta unus fortasse exstat catalogus liberianus, qui Marcellinum et Marcellum enumerat. Idem tamen ab recentiori manu foedum in modum vexatus apparet. Ceterum catalogo illo antiquior Eusebius Caesareensis, quem ab eruditione ac diligentia omnes laudant, nullum in Romana successione Marcellum recenset post Marcellinum, nullum Optatus, nullum Hieronymus, nullum Prosper, nullum in duodecim saltem exemplaribus epistolae *ad Generosum* Augustinus, qui tamen omnes dedita opera, romanam successionem litteris consignarunt. Verum quidem est, Marcelli nomen Damasiano Carmine honoratum in Ecclesiae fastis reperiri, sed utrum ibi metri causa necne, Marcellus pro Marcellino dictus fuerit, dubitari merito potest. Hieronymus certe qui Damaso ab epistolis fuit, quique profecto metricum illud ellogium compertum habuit, non idcirco Marcelli nomen adiecit Eusebiano pontificum catalogo, quem latine vertit, emendavit, auxit. Rumor vero de lapso Marcellino octoginta fere post annos a pontificatu ipsius prodiit, levissimae fidei monumentis consignatus est, idemque contrario gravissimorum patrum testimonio refutatur.

2 Acta huius Pontificis in quibus Constantinus ab eo baptizatus et a lepra mundatus legitur a plerisque criticis habentur apocripha. Quamvis enim Constantinus fidei professione suscipiendique Baptismatis proposito christianus fuerit post victoriam de Maxentio latam, non idcirco tamen putandum. eum Romae pluribus ante mortem annis baptizatum esse, cum constet iuxta Nicomediam, paulo ante mortem fuisse ablutum. Non ita tamen compertum habetur quo baptismatis ministro usus fuerit Constantinus, Eusebio ne Nicomediensium Episcopo, an Petro Solorum antistite, quamvis ab hoc postremo verius, quam ab altero eum fuisse lustratum arbitremur. Cf. Euseb. Lib. IV, c. 6. Hieronymum in Chron. Eusebii ad annum 337. S. Athan. lib. de Synodis. S. Ambros. in Laud. fun. Theodosii Imp.

3 Opinione de Liberii lapsu ad suos fontes revocata, demonstratur, Liberium neque secundam neque tertiam formulam sirmiensem subscriptione sua confirmasse. Effusae vero a veteribus in Liberium laudes, liberiani exilii ac reditus

S. Damasus I. 366
Ursicinus ant.
S. Siricius. 384
S. Anastasius I. 398

SAECULO V.

S. Innocentius I. 402
S. Zosimus. [1] 417
S. Bonifacius I. 418
Eulalius ant.
S. Caelestinus I. 422
S. Sixtus III. 432
S. Leo I. [2] 440
S. Hilarus 461
S. Simplicius. 468
S. Felix II. [3] 483
S. Gelasius I. [4] 492
S. Anastasius II. [5] 496
S. Symmachus. 498
Laurentius.

SAECULO VI.

S. Hormisda. 514
S. Ioannes I. [6] 523
S. Felix III. 526
Bonifacius II. 530
Dioscorus.
S. Ioannes II. 532
S. Agapetus. 535
S. Silverius. [7] 536
Vigilius ant. usque ad an. 537.
Vigilius. [8] 537
Pelagius I. 555
Ioannes III. 560
Benedictus I. 574
Pelagius II. 578
S. Gregorius I. [9] 590

narrationes, ac ipsa Liberii gesta post reditum, commonstrant vel nullam ab eo formulam fuisse probatam, vel nullam certe, quae catholicae professioni repugnaret.

1 Pelagium et Caelestium damnavit.

2 Attilam ab urbe avertit, ac Gensericum ab eius devastatione compescuit.

3 Damnavit Henoticon Zenonis, seu edictum in quo, unitatis et pacis specie, Concilii Chalcedonensis auctoritas in discrimen vocabatur.

4 Acacium Constantinopolitanum condemnavit et in Concilio romano an. 494 edidit Decretum tum de aliis libris, tum de libris canonicis SS. Script., in quo omnes enumerantur quotquot deinde in Tridentinum canonem relati fuere.

5 Opera Origenis proscripsit, Rufinum vero qui ex illis aliqua, in latinam linguam transtulerat citavit ac in iudicio comparere nolentem, damnavit.

6 Theodoricus Gothus Italiae Rex Arianus Iustino Imp. Orientis infensus eo quod Arianos insectaretur, Ioannem Pp. cum quatuor Episcopis totidemque Senatoribus Constantinopolim ablegavit, ut pro Arianis legatione fungeretur ac obtineret, ne inviti a sua abducerentur haeresi, secus se idem facturum minatus est adversus Catholicos in Italia. Iustinus piissimus Imp. Ioannem summo honore excepit, in eoque veneratus B. Petrum Apostolum, petitionem concessit. At Ioannes rediens legatione prospere functus a Theodorico cum dolo susceptus et in carcerem coniectus est, ubi paulo post occubuit.

7 Ob defensionem Synodi Chalcedonensis, praetexta caussa quasi Gothis favisset, Pataram in exilium missus est, deinde vero in Palmariam Insulam abductus, inedia defecit.

8 Semel ac iterum a damnatione abstinendum censuit trium Capitulorum, ut schismati occidentis occurreret; postremo ut reconciliationi acephalorum et paci Ecclesiae consuleret, tria Capitula reprobavit. Hac vero in controversia neque a Vigilio neque a Patribus Constantinopolitanis variatum est quod attinet ad quaestionem dogmaticam, sed pro varietate adiunctorum Vigilius aliter atque aliter iudicavit de quaestione, quae partim ad historiam, partim ad disciplinam pertinebat.

9 Nobili genere ortus circa ann. 540 post mortem Patris sui Gordiani Senatoris, liberam de avitis bonis disponendi facultatem nactus, sex monasteria extruxit in Sicilia, ac septimum Romae in propriis aedibus S. Andreae dicatum, in quo et ipse monasticam vitam professus est sub regula S. Benedicti. Pelagius II

SAECULO VII.

Sabinianus.	604
Bonifacius III.	607
S. Bonifacius IV. [1]	608
S. Deusdedit.	615
Bonifacius V.	619
Honorius I. [2]	625
Severinus.	640
Ioannes IV.	640
Theodorus I.	642
S. Martinus I. [3]	649
S. Eugenius I.	654
S. Vitalianus.	657
Adeodatus.	672
Donus I.	676
S. Agatho.	678
S. Leo II.	682
S. Benedictus II.	684
Ioannes V.	685
Conon.	686
S. Sergius I.	687
Petrus et Theodorus. ant.	

SAECULO VIII.

Ioannes VI.	701
Ioannes VII.	705
Sisinnius.	708
Constantinus.	708
S. Gregorius II.	715
S. Gregorius III.	731
S. Zacharias. [4]	741
Stephanus II. [5]	752
Obiit nondum consecratus, et ideo a serie Pontificum quidam eum excludunt.	

rom. pontif. eum Constantinopolim destinavit cum munere Apocrisiarii ad Tiberium Constantinum Imperatorem, ibique Eutychium Episcopum Costantinopolitanum de resurrectione carnis male sentientem convicit ac meliora sapere docuit. Pelagio II defuncto, suffectus est in Cathedra Pontificali, in qua summa cura incubuit ut schismata ob causam Trium Capitulorum exorta compescerentur. Subdiaconos caelibes esse voluit; prohibuit ne Iudaei vi compellerentur ad suscipiendam christianam fidem; Ioannis ieiunatoris Episcopi Constantinopolitani superbiam fregit qui oecumenici Episcopi sibi titulum usurpaverat; eaque de causa omnium primus in principio Epistolarum suarum titulum assumpsit *Servi Servorum Dei*, qua re pessime abusi sunt Protestantes putantes, Gregorium doctrinam non tenuisse de primatu romani Pontificis. — S. Augustinum aliosque religiosos Ordinis S. Benedicti in Angliam misit, qui Anglosaxones ad christianam fidem perduxerunt.

1 A Phoca Imperatore Pantheon, nobile Romae delubrum a Marco Agrippa ter consule tempore Augusti erectum impetravit, illudque Deo in honorem Beatissimae V. Mariae, ac omnium sanctorum martyrum consecravit.

2 Si testium factorumque Sexta Synodo vetustiorum ratio habeatur, Honorius Pontifex ab omni haereseos labe immunis evincitur. Hinc Episcopi, quoad maximam partem Orientales qui Honorium in illa Synodo damnarunt, licet in re dogmatica post Leonis II literas summam reverentiam mereantur, deseri tamen debent in re historica, quae ad Honorii personam pertinet. — Caeterum S. Leo permisit quidem, sextam Synodum confirmans, damnationem ipsius, sed eam tolerabili quodam sensu temperavit, qui veritati non repugnaret, atque Honorium damnatum censuit ab orientalibus, eo quod flammam haeretici dogmatis non ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo confovit — Hac de re cf. cl. P. Dominicum Palmieri S. I. in Coll. Rom. Th. Dog. Prof. in egregio suo Tractatu de Romano Pontifice nuperrime typis edito.

3 Condemnavit Ecthesim ac Typum, eamque ob causam summas calamitates perpessus ac in Chersonesum relegatus martyrii palmam adeptus est.

4 Huius precibus inductus Luitprandus Longobardorum rex Exarchatum Ravennatensem Sedi Romanae restituit.

5 Auxilium Pipini adversus Aistulphum Longobardorum regem imploravit, qui cum exercitu in Italiam veniens Exarchatum et quidquid armis recuperaverat Apostolicae Sedi restituit. Hinc effectum est, ut quae iampridem magna ex parte in RR. Pontifices sponte sua cesserat politica potestas, ea medio seculo octavo

Stephanus II. al. III.	752
S. Paulus I.	757
Theophylactus.	
Stephanus III. al. IV.	768
Electis pseudo pontif. Constantino et Philippo.	
Hadrianus I. [1]	772
Leo III. [2]	795
SAECULO IX.	
Stephanus IV. al. V. [3]	816
S. Paschalis I.	817
Eugenius II.	824
Zinzinus.	
Valentinus.	827
Gregorius IV.	827
Sergius II. [4]	844
S. Leo IV. [5]	847
Benedictus III. [6]	855
Anastasius.	
S. Nicolaus I. [7]	858
Hadrianus II.	867
Ioannes VIII.	872

tum in Urbe, tum in aliis Italiae civitatibus ex toto ab iisdem exerceri coeperit publicae necessitatis titulo, cui spontaneae populorum deditiones et Imperantium donationes accesserant. Siquidem Imperatores Orientis tuendae Italiae impares, opprimendae vero pares atque intenti, causa fuerunt, cur imminentibus in Italiae perniciem Longobardis, Italo-romani omni alia spe destituti, semet Pontificum maximorum tutelae ac regimini committerent.

1 Sub eius pontificatu finem habuit in Italia regnum Longobardicum, post 206 annorum durationem, a Carolo Magno extinctum, victo et capto ultimo eorum Rege Desiderio.

2 Unxit et consecravit Carolum Magnum Occidentis Imperatorem, atque ita Imperium romanum quod 300 et amplius abhinc annis in Augustulo finem acceperat, restitutum est.

3 Sui pontificatus primordiis iter in Galliam ad Ludovicum Pium suscepit pro Ecclesiae libertate, ac magno honore a Ludovico exceptus, eum eiusque coniugem Hermingardam Rhemis solemni ritu coronavit.

4 Ludovicum II Lotharii imperatoris filium, a patre Italiae seu Longobardiae regem creatum sacro inunxit oleo regalique ense cinxit. Sacra limina seu gradus quos Salvator mundi in praetorio Pilati gressu suo et sanguine sacravit, cura S. Helenae, ut vetus traditio erat, e Pilati praetorio in Basilicam Lateranensem translata et a Constantino M. in porticu Palatii posita, collocavit in formam scalae, vulgo Pilati dictae, ante fores ecclesiae Lateranensis. Ea postea Caelestinus III posuit ante sacrum patriarchium iuxta porticum Lateranensem et denique Xystus V nobile illud quod adhuc extat aedificium construxit, et sanctarum Scalarum gradus disposuit ante Sacellum toto terrarum orbe celeberrimum, quod vocatur Sancta Sanctorum. Cf. Benedictum XIV *De beatif. et canonizat.* L. IV, p. 2, c. 25.

5 Contra Saracenorum incursiones Vaticanum collem cinxit munitionibus, et antiquae Urbi addidit novam ab ipsius nomine Leoninam dictam. Corsos patriis finibus a Saracenis expulsos in civitatem portuensem suscepit; Ludovicum II Romae consecravit.

6 Fuerunt qui inter Leonem IV. et Benedictum III in Petri cathedra locarunt foeminam Ioannam papissam, innixi testimoniis Mariani Scoti et Martini Poloni. Attamen pontificatum Ioannae esse fabulam, ipsi inter heterodoxos sapientiores Blondellus, Leibnitius, Boxhornius, Caveus aliique consentiunt. Marianus Scotus XI et Martinus Polonus XIII seculo floruit: primus refert rumorem, alter nullius est auctoritatis cum fabellas saepe pro historia accipiat. Ante eos nullus scriptor sive favens, sive adversans catholicae Ecclesiae istius rei meminit.

His accedit quod illa fabula in antiquioribus codicibus Chronicorum Mariani et Martini desideratur, et chronologia inter Leonem et Benedictum nullum locum relinquit Ioannae. Origo istius fabellae inde videtur repetenda quod cum Ioannes benigne exceperit legatos Photii eumque Constantinopolitanae Sedi restituerit, plures illum traduxerint tamquam foeminei animi Pontificem; annis vero intercurrentibus mirum non est, si parum accurati Scriptores falsis adiunctis hanc historiam circumornaverint.

7 Summam iudicii levitatem ad gravissimam disceptationem afferunt, qui ut

Marinus I. al. Martinus II.	882
Hadrianus III.	884
Stephanus V. al. VI.	885
Formosus.	891
Sergius.	
Bonifacius VI.	896
Stephanus VI al. VII. [1]	896
Romanus.	897
Theodorus II.	897
Ioannes IX.	898
Benedictus IV.	900
SAECULO X.	
Leo V.	903
Christophorus.	903
Sergius III.	904
Anastasius III.	911
Lando.	913
Ioannes X. [2]	914
Leo VI.	928
Stephanus VII. al. VIII.	929
Ioannes XI.	931
Leo VII.	936
Stephanus VIII al. IX.	939
Marinus II. al. Martinus III.	943
Agapetus II.	946
Ioannes XII [3].	955
Leo dictus VIII.	
Benedictus V.	964
Ioannes XIII.	965
Benedictus VI.	972
Donus II.	974
Bonifacius dictus VII.	
Benedictus VII.	975
Ioannes XIV.	983
Ioannes XV. al. XVI.	985
Gregorius V.	996
Ioannes dictus modo XVII modo XVI.	
Silvester II. [4]	999
SAECULO XI.	
Ioannes XVI al. XVII.	1003
Ioannes XVII al. XVIII.	1003
Sergius IV.	1009

impugnent dogma de infallibilitate R. Pontificis, ex responsione Nicolai I, ad Consulta Bulgarorum c. 104 deducunt, ipsum definivisse valere Baptismum collatum sola invocatione nominis Christi. Hanc quaestionem sapienter solutam videsis in cit. op. cl. P. Dominici Palmieri S. I.

1 Ex politicis factionibus quibus obnoxia tunc erat Romanorum Pontificum electio, repetendae sunt tragoediae contra Formosum vita functum actae a Stephano VI, qui tamen eo progressus non est, ut clericos a Formoso ordinatos reconsecrandos decerneret. Ceterum quamdiu Romanorum Pontificum electio atque operatio libera fuit, singularis exempli Pontifices extiterunt, quorum ope Ecclesia floruit ac societas universa notabiles ad omnem honestatem progressus fecit.

2 Componit controv. de quartis nuptiis.

3 Quam vis negari non possit Ioannis XII vitam abhorruisse a dignitate Supremi Antistitis, longe tamen abest quin credi possint quae declamatoris instar de Ioanne scripsit prorogator historiae Luitprandianae. Immerito vero ad perfidiam refertur quod Ioannes, Othone Imperatore deserto, ad Regem Italiae Adalbertum se inclinari permiserit, id siquidem iustae defensionis rationem habuit. Non item culpa vacavit quod Otho vicissim pseudosynodum cogendam ac pseudopontificem Ioanni, sufficiendum curavit, tum quod eligendi in posterum Pontificis potestatem liberam Romanis ademit, ac denique legitimum Ioannis successorem doctrina et pietate insignem, pseudopontificis loco electum, non agnovit. Quam ob rationem longe abfuit, quin Pontificum Maximorum electio in libertatem vindicaretur, factionum enim ac dynastarum potentia, non insito sacerdotibus merito Pontifices identidem electi sunt legitimisque praesulibus Pseudopontifices haud raro sublecti, quae causa fuit cur inducta dudum corruptela ad medium usque seculum XI prorogaretur.

4 Stephanum ducem Hungariae propter praeclara merita erga fidei christianae propagationem, regis honore et nomine auxit, eique et successoribus suis ius praeseferendae crucis tribuit.

Benedictus VIII. [1]	1012
Gregorius.	
Ioannes XVIII al. XIX vel XX.	1024
Benedictus IX	1033
qui abdic. *Silvester III.*	
Gregorius IV abdic.	1044
Clemens II.	1046
Damasus II.	1048
S. Leo IX. [2]	1049
Victor II. [3]	1055
Stephanus IX al. X. [4]	1057
Nicolaus II. [5]	1059
Mincius dictus *Benedictus X.*	
Alexander II.	1061
Cadolaus dictus *Honorius II.*	
S. Gregorius VII. [6]	1073
Guibertus dictus *Clemens III.*	
Victor III.	1086

1 S. Henricum eiusque coniugem Cunegundam, postquam spopondit se R. Ecclesiam defensurum et Pontifici in omnibus fidem servaturum, Romae solemni ritu augustos coronavit. Imperator novo diplomate rata habuit cuncta beneficia atque iura a Pipino, Carolo Magno, aliisque principibus Romanae Ecclesiae concessa. S. Henrici Imperatoris auxilio implorato, Graecos ab Italia repulit.

2 Sedente hoc Pontifice renovatum est luctuosum graecorum schisma, quamvis enim hoc tempore communio inter utramque ecclesiam, graecam et latinam, nondum abrupta fuerit, tamen Caerularius schisma instauravit, quod postea consummatum est et unionem Ecclesiae graecae cum latina disrupit.

3 In frequenti synodo Florentiae habita decessoris sui contra Berengarium decreta confirmavit; bonorum ecclesiasticorum alienationem sub poena excommunicationis prohibuit; ab Henrico III in Germaniam vocatus, dissentiones inter principes composuit.

4 Novis constitutionibus clericorum incontinentiam et connubia, nec non incestas consanguineorum nuptias proscripsit; S. Petrum Damiani creavit Cardinalem quem una cum Hildebrando atque Anselmo Episcopo Lucensi Mediolanum legavit ad incontinentiam, simoniam ac divisionem Cleri tollendam.

5 Synodum Romae habuit in qua ad auferenda schismata constitutum est, ut, defuncto romano pontifice, episcopi cardinales convenirent deque electione novi pontificis diligenter tractarent, mox assumptis secum clericis cardinalibus, pontificem eligerent e gremio Romanae Ecclesiae, si idoneus in ea reperiretur, deinde accedente reliqui cleri et populi romani assensu atque imperatoris approbatione electus consecraretur. — In Apuliam digressus excépit Normannos, qui ei reddiderunt quascumque R. Ecclesiae terras occupaverant.

6 Inito pontificatu ecclesiasticam libertatem et iura fortiter vindicavit, simoniam, investituras, aliosque abusus proscripsit, ac variis convocatis synodis ecclesiasticam disciplinam ac praesertim caelibatum clericorum instauravit. Ad christianos orientales ab infidelium tyrannide vindicandos, ea iniit consilia quae ab Urbano Pp. fuerunt deinde executioni mandata. — Richardum Cardinalem Legatum in Hispaniam destinavit ut Alphonsum Castellae regem perduceret ad dissolvendum coniugium cum defunctae coniugis consanguinea initum, ac ut aboleretur mozarabicus ritus; ad componenda ecclesiastica in Galliis negotia, et corrigendos abusus legationem apostolicam credidit Hugoni Episcopo Diensi; rem christianam in Africa Saracenorum tyrannide collapsam restituit: Demetrium Croatiae et Dalmatiae Ducem regia dignitate auxit, eiusque filio B. Petri nomine Russiae regnum attribuit. — Insigne moderationis christianae exemplum dedit, Cencio Urbis Praefecto veniam petenti ignoscens, qui conjuratione inita, armata manu Pontificem sacra operantem nocte nativitatis Domini contumeliis verberibusque affecerat, turrique incluserat. Henricum IV divina humanaque iura permiscentem, qui Wormatiae, conciliabulo coacto Gregorium pontificatu depositum declaraverat excommunicavit omnique honore ac regia dignitate privavit, eius subditis iuramento fidelitatis solutis, mox vero poenitentem Canusii per Mathildis consobrinae suae aliorumque preces absolvit. Quem deinde ad pristinam nequitiam reversum ac Guilbertum Archiep. Ravennatensem antipapam in Petri Sedem armorum vi intrudere conantem, suis et Mathildis Liguriae

URBANUS II. 1088
PASCHALIS II. 1099
Albertus, Theodoricus et Maginulphus.

SAECULO XII.

GELASIUS II. 1118
Burdinus dictus *Gregorius VIII.*
CALLISTUS II. 1119
HONORIUS II. 1124
INNOCENTIUS II. 1130
Petrus Leonis dictus *Anacletus II. Victor IV.*
CAELESTINUS II. 1143
LUCIUS II. 1144
B. EUGENIUS III. [1] 1145
ANASTASIUS IV. 1153
HADRIANUS IV. [2] 1154
ALEXANDER III. 1159
Victor IV al *V. Paschalis III. Callistus III. Innocentius III.*
LUCIUS III. 1181
URBANUS III. 1185
GREGORIUS VIII. 1187
CLEMENS III. 1187
CAELESTINUS III. 1191
INNOCENTIUS III. [3] 1198

SAECULO XIII.

HONORIUS III. 1216
GREGORIUS IX. 1227
CAELESTINUS IV. 1241
INNOCENTIUS IV. 1243
ALEXANDER IV. 1254
URBANUS IV. 1261
CLEMENS IV. 1265
B. GREGORIUS X. 1271

et Tusciae copiis bis repulit. Tandem cum Henricus, Romanis partim pecunia et terrore, partim obsidione victis et attritis, Urbem occupasset, Gregorius in castrum S. Angeli confugit atque exinde Roberti Guiscardi Apuliae, Calabriae et Siciliae ducis ope liberatus, Salernum recessit ibique caelestem in patriam migravit.

Quae vero Moshemius de Gregorio VII scribit per occasionem haereseos Berengarii, ea neque historice vera sunt, neque logice consequentia: Gregorius enim neque Berengario umquam indulsit in dogmate de Eucharistia, neque ullo modo fassus est Pontificem Romanum et Concilium errasse.

1 S. Bernardi Claravallensis discipulus qui tertio die ab electione, Arnaldistarum metu, cum Episcopis et Cardinalibus nocte ad Coenobium Farfense confugit ubi consecratus est Pontifex. Inde ad Civitatem Castellanam ac mox Viterbium transgressus post octo menses Romam migravit, at propter seditiosorum tumultus in Galliam se contulit, ac Parisiis primum deinde Rhemis synodum indixit in causa Gilberti Porretani episcopi Pictaviensis in qua eius errores damnavit. Ad liberandos fideles a Turcarum tyrannide novam expeditionem sacram indixit ac S. Bernardo praedicandi belli sacri negotium demandavit, cuius tamen belli exitus infelix fuit. Romam post duos annos reversus, tertio abire Romanorum turbis coactus est ac demum, pace facta, Urbem repetiit ac anno 1153 Tibure defunctus est.

2 Sequitur schisma 18 annorum.

3 Apostolicae Sedis dignitatem, ac civilem principatum iniquorum imperatorum ac rebellium romanorum (Arnaldistarum machinationibus) labefactatam erexit, civitates arcesque ad patrimonium B. Petri pertinentes recuperavit; Friderico iuniori Henrici IV filio regnum Siciliae tradidit; nihil omisit ut bellum civile inter Othonem et Philippum Suevum de imperio dimicantes componeret; in Suecia et Dania, et in Hungariae regno dissentiones tollere studuit; Bulgaros ad R. Ecclesiae obedientiam revocavit; Alphonsum regem Legionis propter incestas nuptias excommunicavit ac regnum interdixit quousque resipisceret; excitandae novae expeditionis in Turcas adlaboravit. Contra Philippum II regem Galliae Ioannem regem Angliae et Othonem IV, iura S. Sedis fortiter adseruit. Pisas demum profectus ut dissidia Pisanos inter et Genuenses exorta componeret, Perusiae obiit.

Innocentius V.	1276	Nicolaus III.	1277
Hadrianus V.	1276	Martinus IV.	1281
Ioannes XIX. al. XX. vel XXI.	1276	Honorius IV.	1285
		Nicolaus IV. [1]	1288

1 Nihil intentatum reliquit ad excitandum bellum sacrum contra Turcarum tyrannidem litterasque ea de re scripsit ad ecclesiasticos praesules, ad principes Europaeos, ad Imp. Graecorum, regesque Tartarorum, Armenorum, Georgianorum et Iberorum. Verum priscus suscipiendae crucis bellique orientalis ardor ubique deferbuerat, ac cruciatis expeditionibus nuncium missum fuerat. Heic vero abs re non erit breviter susceptarum expeditionum historiam attingere, ex quibus si quid forte damni prodiit, commodis tamen inidem obortis, detrimentisque per eas praepeditis abunde compensatum est. - Expeditiones ob finem *sacrae*, ob crucem praedicatam et militantium vestibus assutam *Cruciatae*, suscipiebantur potissimum contra Mahometanos pro recuperanda aut defendenda Terra sancta seu Palaestina, tum etiam contra eosdem, Hispaniam vel aliam orbis christiani provinciam invadentes, denique contra haereticos praesertim Albigenses in Gallia et postea Hussitas in Bohemia aliosque pacis ecclesiasticae perturbatores. Decem celebriores numerantur. PRIMA cohortante Urbano II suscepta est anno 1096, principe Godefrido Bullionio Duce Lotharingiae: expugnatis Nicaea in Bithynia, Antiochia in Syria, ac tandem Hierosolyma. Dux victor regnum hierosolymitanum adquisivit et constituit. SECUNDA anno 1101 sub Welfone Bavariae duce inita, tripartito ex Germanis, Gallis et Italis exercitu, cassa est reddita tum ab Alexio Comneno Imp. Graecorum, Latinorum potentiam in Asia aegrius ferente, tum etiam immaturo Bullionii obitu. Interea anno 1104 Hospitalarii, equites primum Hierosolymitani S. Ioannis, post Rhodii, dein Melitenses dicti, et anno, 118 Templari equites orti sunt, quorum priores ad Christi sepulchrum peregrinos excipere hospitio, posteriores, fixis iuxta templi porticum sedibus, peregrinos in Palaestinam deducere ex instituto habuere, utrique vero eosdem contra grassatores et infideles defendere susceperunt. TERTIA comparata Eugenio III auctore, Conrado III Imper. et Ludovico VII Rege Galliae Ducibus anno 1145: at ingentem belli apparatum invidia et perfidia Manuelis Imp. Graeci attenuavit primum, orta subinde inter duces aemulatio et discordia, ne expugnato quidem Damasco penitus perdidit. QUARTA pro reparando tanto malo agente Gregorio VIII sub Ducibus Friderico I Barbarossa, Philippo II Galliarum, Richardo I. Angliae Rege et Leopoldo Austriaco, anno 1190 coaluit, maiori expectatione quam fructu ob Friderici in Cydno amne balneantis interitum et discordiam reliquos inter Duces concitatam. Accessit sub haec tempora, scilicet anno 1192 tertius militum Ordo nempe Teutonicus pro Germaniae nobilitate. QUINTA urgente Caelestino III, Duce Enrico VI. Barbarossae filio anno 1195 movit, sed prosperos sub initium successus, discordia rursus et perfidia evertit. SEXTA excitatore Innocentio III, anno 1201 suscepta est sub Balduino Flandriae Comite, qui dum Dandolo Venetorum duci iunctus, facto per Thraciam itinere, Graecos compulisset, ut Alexium Angelum iuniorem reciperent Imperatorem, ob caedem novi Imperatoris Constantinopolim reversus, et hac urbe expugnata, ipse a Latinis constitutus est Imperator Orientis in Europa; Graecis interea Nicaeae primum, tum Trapezuntii, novum imperium Orientis in Asia erigentibus. Cum tamen expeditio haec parum prodesset terrae sanctae; SEPTIMA ab Innocentio III in Concilio Later. IV est indicta et anno 1217 ductoribus Andrea rege Hungariae et Leopoldo Duce Austriae suscepta, cuius fructus fuit expugnatio Hierosolymae et Damiatae, utraque autem haud multo post in Saracenorum potestatem relapsa. OCTAVA successit Gregorii IX hortatibus et Friderici II auspiciis, qui anathematis vi compulsus, anno 1228 in Orientem movit expugnata cum quibusdam oppidis Hierosolyma, anno altero Rex eiusdem coronatus est, at inita cum Barbaris quos perdere poterat pace praepropera, redux omnem fructum paulo post amisit, occupantibus pristina Saracenis. NONA in Concilio Lugdun. I decreta, S. Ludovicum Galliarum Regem habuit ductorem et Damiatam expugnatam fructum, qui tamen capto postea Rege et Urbe pro lytro reddita, non fuit diurnus. DECIMA anno 1270 resumpta est eodem S. Ludovico arma sacra transferente in Africam, Eduardo Angliae Rege movente in Asiam; cum vero Galliarum Rex, expugnata Carthagine in Tuneti

S. Caelestinus V. abdic. 1294
Bonifacius VIII. 1294

SAECULO XIV.

B. Benedictus X. dictus XI. 1303
Clemens V. [1] 1305
Ioannes XX. al. XXI. vel XXII. 1316
Nicolaus V.
Benedictus XII. dictus XII. 1334
Clemens VI. 1342
Innocentius VI. 1352
B. Urbanus V. 1362
Gregorius XI. [2] 1370
Urbanus VI. 1378
Clemens VII.
Bonifacius IX. 1389
Benedictus XIII.

SAECULO XV.

Innocentius VII. 1404
Gregorius XII. 1406
Alexander V. Ioannes al. *XXII.* al. *XXIII.* aut *XXIV.*
Martinus V. 1407
Clemens VIII.
Benedictus XIV.
Eugenius IV. 1431
Felix V.
Nicolaus V. 1447
Callistus III. 1455
Pius II. [3] 1458
Paulus II. 1464
Sixtus IV. 1471
Innocentius VIII. 1484
Alexander VI. 1492

SAECULO XVI.

Pius III. 1503
Iulius II. 1503
Leo X. 1513
Hadrianus VI. 1522
Clemens VII. 1523
Paulus III. 1534
Iulius III. 1550
Marcellus II. 1555
Paulus IV. 1555
Pius IV. 1559
S. Pius V. 1566
Gregorius XIII. [4] 1572
Sixtus V. [5] 1585
Urbanus VII. 1590
Gregorius XIV. 1590
Innocentius IX. 1591
Clemens VIII. [6] 1592

SAECULO XVII.

Leo XI. 1605
Paulus V. [7] 1605
Gregorius XV. 1621
Urbanus VIII. [8] 1623
Innocentius X. [9] 1644
Alexander VII. 1655
Clemens IX. 1667
Clemens X. 1670
Innocentius XI. 1676
Alexander VIII. 1689

obsidione sanctissime moreretur. Carolus Regis frater cum Tunetonis pacem, Eduardus cum Palaestinae dominis inducias pactus, in Europam redierunt.

1 Sedet Avenione.

2 Redit Romam an. 1377.

3 Damnat appellationes a Pontifice ad Concilium: vetat controverti de sanguine Christi.

4 Corrigit Kalendarium.

5 Emendatiorem Bibliorum editionem curat.

6 Damnat prop. de absolutione absentis, repetit emendatam Bibliorum editionem; habet congregat. de auxiliis div. gratiae.

7 Finit controversiam de auxiliis indicto utrimque silentio; damnat formulam iuramenti in Anglia; renovat damnationem Clementinam de absolutione; damnat lib. Edm. Richerii *de potest. Eccl.*

8 Edit Breviarium et Martyrologium Rom. expurgatum.

9 Damnat librum inscriptum *Augustinus* et 5 propp. Iansenii.

Innocentius XII.	1691

SAECULO XVIII.

Clemens XI.	1700
Innocentius XIII.	1721
Benedictus XIII. [1]	1724
Clemens XII. [2]	1730
Benedictus XIV. [3]	1740
Clemens XIII.	1758
Clemens XIV.	1769
Pius VI. [4]	1775

SAECULO XIX.

Pius VII.	1800
Leo XII.	1823
Pius VIII.	1829
Gregorius XVI.	1831
Pius IX. [5]	1846
Leo XIII. [6]	1878

1 Sancit discipl. ecclesiasticam celebrato Romae Concilio : tuetur S. Augustini et S. Thomae doctrinam a Iansenistarum calumniis: laudat scholam thomisticam.

2 Declarat, per decessoris laudes, nihil detractum esse scholis Catholicis a thomistica discrepantibus.

3 Decidit causam Sinensem; controversias de matrimoniis in ditione Protestantium, de usuris, de ieiunio, de absolutione complicis Damnat propp. de duello; praescribit regulas circa neganda sacramenta refractariis Const. *Unigenitus.*

4 Damnat statuta synodi Pistor. et Constit. civilem Cleri in Gallia.

5 In Britannia et in Batavia hierarchiam restituit; B. V. Mariam ab originali labe omnino praeservatam ex cathedra docuit· repentia errorum monstra tum separatis litteris tum una simul constitutione confixit; Concilium oec. Vaticanum coegit; tam multa demum pro Ecclesia fecit ac passus est, ut ea ne breviter quidem heic possint attingi.

6 Pontificatum hierarchiae in Scotia restitutione fausto omine auspicatus est.

CONSPECTUS CONCILIORUM

		ANNI	PONTIFICES	IMPERATORES
I.	NICAENUM I.	325	SILVESTER.	Constantinus M.
II.	CPOLITANUM I.	381	DAMASUS.	Theodos. (senior).
III.	EPHESINUM.	431	CAELESTINUS.	Theodos. (iunior).
IV.	CHALCEDONENSE.	451	LEO M.	Marcianus.
V.	CPOLITANUM II.	553	VIGILIUS.	Iustinianus.
VI.	CPOLITANUM III.	680-81	AGATHO. (vocat). LEO II. (confir).	Constantinus Pogonatus.
VII.	NICAENUM II.	787	HADRIANUS I.	Irene. Constantinus.
VIII.	CPOLITANUM IV.	869-70	HADRIANUS II.	Basilius Macedo.
IX.	LATERANENSE I.	1123	CALLISTUS II.	Henricus V.
X.	LATERANENSE II.	1139	INNOCENTIUS II.	Balduinus II. Lotharius II.
XI.	LATERANENSE III.	1179	ALEXANDER III.	Fridericus I.
XII.	LATERANENSE IV.	1215	INNOCENTIUS III.	Fridericus II.
XIII.	LUGDUNENSE I.	1245	INNOCENTIUS IV.	Fridericus II.
XIV.	LUGDUNENSE II.	1274	GREGORIUS X.	Rodulphus. Mich. Palaeol.
XV.	VIENNENSE.	1311	CLEMENS V.	Henricus VII.
XVI.	FLORENTINUM.	1438-45	EUGENIUS IV.	Albertus. Ioh. Palaeolog.
XVII.	LATERANENSE V.	1512-17	IULIUS II. LEO X.	Maximilianus.
XVIII.	TRIDENTINUM.	1545-63	PAULUS III. (voc). PIUS IV. (dimittit).	Corolus V. Ferdinandus.
XIX.	VATICANUM.	1870	PIUS IX.	

ACTA PRAECIPUA CONCILIORUM

Ecclesiae fides de Christo Deo contra Arium vindicata: Iura Patriarchica firmata: Sublatum de die paschali dissidium.

Sancti Spiritus cum Patre et Filio consubstantialitas contra Macedonium propugnata.

Mariae Deiparae dignitas asserta contra Nestorium.

Dux Monophysitarum Eutyches cum sua haeresi proscriptus.

Theodorus Mopsuestenus eiusque scripta damnata cum Theodoreti et Ibae scriptis Nestorio faventibus.

Professio geminae in Christo operationis opposita Monotheletis.

Honor sacris imaginibus redditus, damnatis Iconoclastis.

Segregatus ab Ecclesia Photius, qui sedem Constantinopolitanam invaserat.

Controversia de *investituris* inter utramque potestatem composita.

Pseudo-Pontificum acta rescissa; Arnaldus Brixiensis damnatus: Disciplinae castitati prospectum.

Pontificis designandi ratio praescripta: Dissidium ecclesiarum sublatum: Cathari damnati.

Amalricus, Ioachimus, Albigenses, Valdenses damnati: Decreta in Palaestinam expeditio.

Sententia in Fridericum augustum dicta: Forma iudiciis ecclesiast. praestituta: Suppetiae orienti christiano destinatae.

Subsidia Palaestinae assignata: Graeci in communionem recepti.

Ordo Templariorum abolitus: Dulciniani damnati: Decretum in Turcas bellum.

Pax Graecorum cum Latinis restituta: Armeni et Iacobitae in Ecclesiam recepti.

Acta Conventus pisani pro infectis habita: Improbati errores de anima: Potestatum concordiae consultum.

Novatorum commentis prisca fides opposita de Scripturis, de pecc. orig., de instif., de Sacramentis, de Sacrificio, de indulgentiis, de purgat., de cultu Sanctorum, reliquiarum, imaginum: Latae leges disciplinae ac moribus reformandis.

Doctrina definita de mundi creatione, de fide et ratione, de primatu atque infallibili magisterio Romani Pontificis.

SYNODI EXTRA

SARDICENS. (append. ad Nic.).	347	IULIUS I.	Constans. Constantius.
CONSTANTIENS. (confir.part.)	1414-18	MARTINUS V. (confirmat.).	Sigismundus.
BASILEENS. (sola convocatione generalis).	1431-43	MARTIN. V. (voc.) EUG. IV. (dimit.)	Sigismundus.

EDITIONES PRAECIPUAE

VETERIS

	EDITIO	LOCUS	TEMPUS
I.	IOSUE SALOMONIS cura Abrahami ben Chajim.	Soncini	1488
II.	COMPLUTENSIS cura Cardinalis Fr. Ximenes.	Compluti (Alcalà)	1514-1517
III.	BIBLIA RABBIN. DANIELIS BOMBERG:		
	(1) Editio cura Felicis Prat.	Venetiis	1518
	(2) cura R. Iacobi ben Chajim.	»	1525
	(3) cura Corn. Adelkindi Lev.	»	1549
IV.	ANTUERPIENSIS seu Regia impensis Philippi II et cura Ariae Montani.	Antuerpiae	1569-72
V.	BIBLIA HEBRAICA RABBINICA Io. BUXTORFII.	Basileae	1618-19
VI.	IOSEPHI ATHIAE cum praefatione Io. Leusden.	Amstelodami	1661 et emendatius 1667
VII.	EVERARDI VAN DER HOOGHT.	Amstelodami	1705
VIII.	STEREOTYPA AUG. HAHN.	Lipsiae	1832 (4.ed.1859)
IX.	STEREOTYPA C. GOD. GULIEL. THEILE.	Lipsiae	1849 (3.ed.1867)

NOTA. Variantes lectiones collegit Beniamin. Kennicott Oxonii 1776-80 et I. B. De Rossi Parm. 1784-88 ac 1798.

ORDINEM NOTANDAE

Nicaena professio confirmata: Athanasius absolutus: Appellationib. ad Pontif. Max. forma praestituta.

Vicleffi et Hussii errores damnati: Martinus Pontifex renunciatus: Schisma sublatum.

Concordia Graecorum, damnatio haereseon, restitutio disciplinae, pax inter Principes, haec omnia, quae fuerant Synodo commissa, schismatico Patrum spiritu in discrimen data.

TEXTUS ORIGINALIS

TESTAMENTI

NOTANDA

Partim ex codicibus, partim ex partialibus Veteris Testamenti editionibus antea factis. Omnium prima.

Ex Mss., adeoque propriam recensionem a praecedenti diversam constituit (in Polyglottis).

Sequitur recensionem Iosuae Salomonis. Hae editiones textum hebraicum, Masoram, Targumim et commentaria Rabbinorum continent. Editio cura J. ben Chajim inter Masorethicas princeps est. Robertus Stephanus Parisiis a. 1539-44. I^us, anno 1544-46 II^us Bombergi editionem secutus est.

Sequitur modo Complutensem, modo Bombergensem editionem. Haec dicitur Plantiniana a Plantino Typographo (in Polyglottis).

Recenset rursus textum secundum Masoram, addit Targumim, commentaria Rabbinorum, variantes, tractatum de accentibus.

Editio an. 1661 prima est, in qua singuli versus numeris sunt distincti. Alteri an. 1667 additae sunt notae hebraicae et lemmata latina a Leusden.

Editio haec basis est criticorum, nominatim Benjamini Kennicott et Io. Ber. De Rossi: estque nova recensio editionis Iosephi Athiae an. 1667. Iusta hanc vel praecedentem an. 1667 fere omnes posteriores factae sunt.

Hae omnibus praestant inter recentiores editiones.

EDITIONES PRAECIPUAE

NOVI

	EDITIO	LOCUS	TEMPUS
I.	Complutensis cura Card. Fr. Ximenes	Compluti	1514-17
II.	Erasmi.	Basileae	1516
III.	Aldina ita ab Aldo Manutio dicta.	Venetiis	1518
IV.	1 Roberti Stephani. 2 » » 3 » »	Parisiis » »	1546 1549 1550
V.	Elzeviriana ita dicta ab Elzeviris bibliopolis.	Lugduni Batavor. Antuerpiae	1624-33-41 1655. et pluries deinceps.
VI.	Brian Walton.	Londini	1657
VII.	Iohan. Mill.	Oxonii	1707
VIII.	Iohan. Alb. Bengel.	Tubingae	1734
IX.	Io. Iacob. Wetstein.	Amstelodami	1751-52
X.	Io. Iacob. Griesbach.	Halae	1774-77
	» » »	ib.	1796-1806
XI.	Mart. Aug. Scholz.	Lipsiae	1830-36
XII.	Carol. Lachmann.	Berolini	1842-50
XIII.	Const. Tischendorf.	Lipsiae	1841 et deinceps.

Nota. Graecus Codex Vaticanus editus est Romae a Carolo Vercellone Barnabita et Iosepho Cozza Monacho Basil. - In lucem prodierunt Vol. I, II, III, IV Vet Test., et Vol.

TEXTUS GRAECI

TESTAMENTI

NOTANDA
Valde accurata (in Polyglottis).
Plures editiones hanc consecutae sunt.
Fere iuxta primam Erasmi editionem. Solius textus graeci omnium est prima.
Ex editione Erasmi et Complutensi. Princeps editio Regia dicta cum variantibus in margine.
Fere iuxta recensionem Theodori Bezae Genevae editam 1565. Editio Elzeviriana, quae textus receptus audit, typis impressa an. 1633.
Nova recensio 3^a^ editionis Roberti Stephani cum pluribus variantibus (In Polyglottis.)
Recensio 3^a^ editionis Roberti Stephani, additis locis parallelis, variantibus et versionibus: opus elaboratum spatio triginta annorum.
Nova recensio ex collatione lectionum in usu penes Patres Ecclesiae, unde textus nulli praecedenti editioni respondet, sed plane est singularis.
Basis est textus receptus ex Elzeviriana additis variantibus lectionibus ex Mss., editionibus, versionibus ac Patrum scriptis undequaque congestis. Addit adnotationes indigeste confectas in quibus non parum Socinianis favet.
Recensio editionis Elzevirianae, additis signis pro variantibus undequaque collectis.
Haec praecedenti praestat: volumen primum continens quatuor Evangelia magis perfecit David Schulz Berolini 1827.
Principia critica quibus utitur tum a catholicis tum, a protestantibus reprehensa sunt.
Recensio iuxta lectiones in usu penes Patres saeculi III. et IV.
Praeferendum opus cui titulus: « Novum Testamentum Graece ex Sinaitico codice, Vaticano itemque Elzeviriana lectione notata » Lipsiae 1865. Hoc opus examinavit Josephus Cozza in Bessarionis Basilianus et non pauca reprehendit.

V complectens Novum Test. Postremum Volumen notas criticas et apparatum exhibens, sub prelo est.

VERSIONES PRAECIPUAE

	VERSIONES VETERIS	
I.	Alexandrina a 72 Iudaeis, ut fertur confecta, unde οἱ ὁ vel LXX dicitur. Magnae auctoritatis penes Iudaeos Hellenistas et imprimis penes SS. Patres (*a*).	
II.	Paraphrases Chaldaicae.	
	1	Targum seu Paraphrasis Onkelosi qui iuxta Talmud fuit proselytus Iudaeorum et Gamalielis discipulus saec. I. post Christum. In Pentateuchum tantum.
	2	Ionathanis ben Uziel qui iuxta Talmud discipulus Hillelis. Alii ante Christum, alii post Christum et Onkelosum ponunt. In prophetas priores (i. e. Iosu. Iudic. Samuel. et Reg.) et posteriores (Is. Ier. Ezech. et proph. minores).
	3	Pseudo-Ionathanis. Alii ante VI. alii post VII. saeculum aerae vulgaris ponunt. In Pentateuchum.
	4	Ignotorum auctorum: scilicet 1) Targum Hierosolymitanum in Pentateuchum. 2) in Psalmos, Iob et Proverbia. 3) in lib. Ruth. Esther. Thren. Eccle. Cantic. Cant. 4) bis in Esther. 5) in II. Paralipom.
III.	Samaritana ignoti auctoris saeculo I. post Christum in Pentateuchum tantum, ex textu Samaritano.	
IV.	Arabicae.	
	1	R. Saadiae Gaon saec. X qui natus in Aegypto munus magisterii exercuit Babylone.
	2	Pentateuchi, quae Arabs Erpenii dicitur, quia ab eo inventa. Estque saec. XIII p. Christum a Iudaeo Africae confecta.
	3	Libri Iosue, 3 Reg. 12 usque ad 4 Reg. 12. 16, 2 Esdrae 1.-9. 27. Saec. XI ignoti auctoris.
	4	Psalterii R. Iaphet ben Heli saec. X.

(*a*) Versiones Aquilae, Theodotionis, Symmachi (saeculi II post Christum) quinta, sexta, septima (saec. III post Christum anteriores) Origenianae recensionis, excepta versione Theodotionis pro partibus Libri Danielis, quam Ecclesia adoptavit loco versionis LXX eiusdem libri, fere omnes perierunt. Fragmenta harum versionum collegit B. de Montfaucon in

SACRARUM SCRIPTURARUM

TESTAMENTI TANTUM

In Aegypto III saeculo ante Christum sub Ptolemaeo Philadelpho (284-247) Pentateuchus, deinceps ab aliis ceteri libri, ut quidam credunt.
Vetus Testamentum secundum LXX ex auctoritate Sixti V editum Romae 1587 (est secundum codicem Vaticanum). - Vet. Test. LXX interpretum ex antiquissimo codice Alexandrino a I. Ern. Grabe Oxonii 1707-20. - Vet. Test. graece cum variantibus lectionibus ed. Robertus Holmes et Iacobus Parsons Oxonii 1798-1827 5. V. fol.

1 Laudatur linguae chaldaicae puritas et magni fit. In Polyglottis reperitur.

2 Est versio libera et ex diversitate a variis auctoribus profecta existimatur. Prostat l. c.

3 Plena commentis rabbinicis et mediocris auctoritatis: in Polyglottis Londinensibus.

4 Mancum et valde exiguae auctoritatis. Paraphrases 1-4. in Poliglottis, exceptis Complutensibus, 5. separatim edita a David Wilkens Amstelodami 1715.
Omnes non ante saec. IV post Christum, parvae vel nullius auctoritatis.

In Polyglottis Londinensibus et Parisiensibus.

1 Versio libera pro critica textus parum utilis. Pentateuchus editus est in Polyglottis Parisiensibus et Londinen. Isaias separatim a G. Paulusio Ienae 1790.

2 Est secundum textum Masorethicum. Separatim edita Lugduni Batav. ex typogr. Erpeniana 1622.

3 Valde fidelis. In Polyglottis.

4 Forte collatae sunt versio LXX et Pescito. Ed. Barges Parisiis 1861.

opere: Hexaplorum quae supersunt etc. Parisiis 1714 et iter. Bahrdt Lipsiae 1796. Versionem LXX libri Danielis collegit Simon de Magistris in opere: Daniel sec. LXX ex Tetraplis Origenis nunc primum editus e codice Chisiano, Romae 1772 et iter. A. Hahn, Lipsiae 1845.

VERSIONES PRAECIPUAE

	VERSIONES VETERIS
I.	Itala vetus quoad Vetus Testamentum ex LXX: verborum tenacior cum perspicuitate sententiae (Aug. de doct. chr. 2. 15) primis fidei temporibus confecta. Utrum in Italia an in Africa, utrum una an ex pluribus una facta sit disputatur. N. Test. ex antiquis graecis codicibus, V. Test., exceptis deuterocanonicis, collata versione communi LXX, vel textu hexaplari Origenis, recensuit et correxit Hieronymus. Ex recensione V. T. superest liber Iob et Psalterium tum Romanum ex communi versione LXX, tum Gallicanum ex textu hexaplari LXX correctum. Plura fragmenta Italae veteris sunt in Missali Romano et in Breviario.
II.	Vulgata quoad V. T. ex textu hebraico et Chaldaico (comprehensis ll. Tobiae et Iudith), caetera (i. e. 5 lib. Deuter. V. T. et totum N. T.) ex recensione et correctione tantum Italae veteris a Hieronymo confecta circa an. 385-405 partim in Oriente, partim Romae. Versio Psalterii ex hebraico numquam in usum recepta est. Concilium Tridentinum veterem et vulgatam editionem authenticam declaravit sess. 4. decret. de edit. et usu ss. librorum, simulque statuit, ut quam emendatissime imprimeretur.
III.	Syriacae. Pescito iuxta Iacobum Edess. auctorem saec. VII, a discipulis Taddaei Apostoli, ut aiunt, Edessae confecta ex textu originali utriusque Testamenti. Diu ante saec. IV certissime in usu erat eamdemque auctoritatem habuit ac Alexandrina penes graecos et Vulgata penes latinos. Est valde fidelis et accurata. Philoxeniana ita dicta a Philoxeno Monophysita Episcopo Hierapolitano, cuius mandato Polycarpus Chorepiscopus initio saec. VI. N. Test. ex textu graeco, et ex V. T. Psalterium ex versione Alexandrina vertit. Hanc versionem recensuit an. 616 Thomas Heracleensis Monachus Alexandriae. Versio Polycarpi ut plurimum in mss. latet: sub nomine Philoxenianae versionis recensio Thomae Heracleensis venit. Est valde accurata et pro critica textus N. T. magni est usus.
IV.	Aegyptiacae. Coptica seu Memphytica (Aegypti infer.) ignoti auctoris initiis saec. III: quoad Vet. Test. ex versione Alexandrina, excepto Daniele qui partim ex Theodotione, quoad N. Test. ex textu ipso fluxit. Multae auctoritatis est. Sahidica seu Thebaea (Aegypt. super.) post medium saec. III cuius tantum parva fragmenta edita sunt. Est ignoti auctoris et confecta ut praecedens.
V.	Aethiopica saec. IV a Frumentio apostolo Aethiopum effecta et adhuc in usu est penes Abyssinios. Confecta ut Coptica.

SACRARUM SCRIPTURARUM

ET NOVI TESTAMENTI

Bibliorum ss. Lat. versiones antiquas, seu Italam veterem ed. Petrus Sabatier Remis 1743. Editio auctior 1749-51.

His accedunt alia fragmenta inventa a F. Münter, Copenaghen 1819: a Fr. Mone in libris Palimpsestis, Carlsruhe 1855: ab E. Ranke, ab A. Mai in Spicilegio, a P. Carol. Vercellone etc.

Edita est a Sixto V. an. 1590, perfectius a Clemente VIII. ex Typographaeo Vaticano an. 1592, rursus anno 1593. denique an. 1598 cum Correctoriis biblicis; iuxta quas Clementis editiones caeterae omnes conformandae sunt.
Varias lectiones Vulgatae latinae bibliorum editionis edidit Carolus Vercellone Romae 1860-62, sed opus non absolvit.
Editiones recentissimae factae sunt a V. Loch Ratisbonae 1849 et 1863 a I. Marietti 1851, a C. Vercellone 1861. Inter antiquiores laudatur editio Lugdun. in 4. 1680.

In Polyglottis edita est et etiam separatim a Greenfield Londini 1828.

Edidit Iosephus White Oxonii 1778-1803 sed deest Apocalypsis.
N. B. Fragmenta Syriacae versionis diversae a praecedentibus, invenit et edidit Cureton hoc titulo; Remains of a very ancient recension of the four Gospels in Syriac hitherto unknown in Europe: London 1858. Liberior est versione Pescito et antiquior Philoxeniana.

N. Test. ed. Dav. Wilkins Oxonii 1716. Pentateuchum id. Londini 1731 et de Legarde Lipsiae 1867. Psalterium Romae 1744-49. Prophetas ed. Tattam Oxonii 1852. Acta et omnes epistolas ed. Boetticher Halae 1851-52.

Extant haec fragmenta apud Muenter Specim. vers. Dan. copt. Romae 1786; apud I. A. Mingarelli, Aegypt. cod. reliq. Venet. in Bibl. Naniana asserv. Bononiae 1785.

Ed. Th. Pell Platt Cambridge 1826-30 ac maximam partem V. Test. Dillmann Lipsiae 1853-61 (in Polyglottis Londinensibus N. T. Psalterium et Cantica Canticorum).

VERSIONES PRAECIPUAE

	VERSIONES VETERIS
VI.	Armena a Ioanne Echelensi et Iosepho Balnensi discipulis s. Mesrob, qui litteras armenas invenit saec. quinto. V. T. ex LXX fluxit, N. T. modo sequitur Pescito, modo Vulgatam. In locis obscuris sensum potius quam verbalem versionem reddit.
VII.	Persica quoad Vet. Test. in Pentateuchum a Iacobo Iudaeo filio Iosephi ex Tawos vel Thus oriundi, saeculo IX vel X: quoad Nov. Test. in Evangelia ab ignoto auctore post saeculum VI. Versio Pentateuchi adhaeret mordicus textui masorethico, illa Evangeliorum in pluribus locis mendosa est.
VIII.	Gothica ab Ulphila ariano Gothorum Episcopo, qui an. 338 vita functus est. Quoad Vet. Test. supersunt solum fragmenta ex libris Esdrae, quae A. Maius Mediolani invenit, quoad N. Test. fragmenta quatuor Evangeliorum et Epistolarum Pauli.

BIBLIA

I.	Complutensia cura Card. Fr. De Ximenes Compluti (Alcalà) 6. Vol. 1514-17.
II.	Antuerpiensia sèu regia impensis Philippi II. cura Ariae Montani Antuerpiae 8 Vol. fol. 1569-72 ex tipograph. Plantiniana.
III.	Parisiensia cura Mich. Le Iay 1628-45 10. Vol. fol. Sed menda plura irrepserunt.
IV.	Londinensia seu Waltoniana cura Brian Walton Londini 8 Vol. fol. 1653-57 praestantiora antecedentibus.

SACRARUM SCRIPTURARUM

ET NOVI TESTAMENTI

Ed. Amstelodami 1666 et curante I. Zohrab a Mechitaristis Venetiis 1805.

In Polyglottis Londinensibus.

Ulphilas Vet. et Nov. Testamenti versionis gothicae fragmenta a Gabelentz et Loebe Altenburg 1836: die heil. Schriften A. u. N. T. in gothischer Sprache mit lat. u. griech. Versionen, a Massmann Stuttgart 1857, a Stamm Paderborn 1858.

POLYGLOTTA

Continent quoad Vet. Test. textum hebraicum, LXX, Vulgatam, Targum Onkelosi, Nov. Testamentum graece et Vulgatam.

Textum heb. ex recensione Complut. et Bomberg., Targum Onkel. cum pluribus aliis paraphrasibus, LXX, Vulgat.; quoad Nov. Test. graece, Vulg. et Syriac. Additus est praeterea textus hebraicus cum versione Pagnini et Apparatus sacer.

Quoad V. T. continent insuper versionem Syriacam et Arabicam fere omnium librorum, versionem Samaritanam Pentateuchi: quoad N. T. additur versio Arabica.

Addunt praecedentibus versionem Persicam Pentateuchi et Aethiopicam Psalterii et Cantici Cantic. quoad Vet. Test; Persicam Evangeliorum, et Aethiopicam quoad Nov. Test. In fine est Lexicon Heptaglotton Edmundi Castelli.

GENTES CHRISTO ADIUNCTAE

Dabo tibi gentes haereditatem tuam: Ps. II. 8.

SAECULO I.

Arabia, Parthia, India.
Abgarus Rex Edessae.
Britannia, Galliae, Hispania.
Persia, Mesopotamia, Aethyopia.
Syria, Antiochia.
Plures in Iudaea, Samaria.
Philippi, Ephesus.
Galatia, Illyrium.
Pontus, Cappadocia, Bithynia.
Graecia, Aegyptus.
Roma, Italia.
Parisii per S. Dionysium. (?)

SAECULO II.

Lucius Rex Britann.
Galliae, Germania.
Hispania, Provincia Narbon.
Donaldus Rex Scot.
Rhaetia.
Indi.
Allobroges-Celtic.

SAECULO III.

Thebais.
Burgundia.
Arabia.
Scandia, aut regio Gothorum.
Galliae.
Armenia.

SAECULO IV.

Galliae, Longobardia.
Magna Rom. Imperii pars.
Armenia Maior.
Constantinus Imperator Rom.
Iberia.
Scythia.
Persia, Phoenicia.
Abissinia.
Arabia.

SAECULO V.

Saraceni.
Picti.
Scotia.
Hibernia.
Austria.
Franci cum Clodoveo Rege.
Cimbri.
Aethiopia et Persia.

SAECULO VI.

Recaredus cum Gothis in Hispan.
Britannia minor.
Ariani et Saraceni.
Atrebates in Gall.
Aethyopes.
Anglia per S. Augustinum.
Lazi-Helvetii-Picti.

SAECULO VII.

Franconia.
Flandria.
Sclavones ultra Danubium.
Saxones Occidentales.
Westphalia.
Picti, Flandri, Svevi.
Isaeman Rex Persarum.
Frisia.
Maxima Germaniae pars.
Hollandia.

SAECULO VIII.

Dacae universi.
Saxonia inferior.
Hassiani.
Tudo Rex Avarorum.
Thuringii.
Albion et Wittichindus Saxon. duces.
Brabantia per S. Humbertum.
Germania Inferior.

SAECULO IX.

Russi, Saxones.
Holsatia per S. Anscharium.
Dani-Sueci-et Germani.
Canus et Tribellius Bulgar. Reges.
Hundeus Normannorum Rex.
Hungaria-Sclavonia-Moravia.
Bulgaria per S. Nicolai Legat.

SAECULO X.

Dania-Bohemia et Polonia.
Rolandus Dux Norman.
Polonia et Miecislaus Rex.
Haroldus Dan. Rex cum Uxore et Fil.
Hungaria et Sclavonia amplius.
Moschovia et Vladimirus Moschov. Rex.
Rugii.

SAECULO XI.

Russi et Livones.
Thule seu Islandia ab Olao.
Transylvani.
Suecia, et Norvegia.
Pomerania.
Borussi aliq.
Hungari cum Rege.

SAECULO XII.

Livonia cum Rege Cobba.
Gothi et Magmis eorum Rex.
Pomerania Universa.
Finlandia per S. Henricum E.
Norvegia Universa.
Curlandi et Livones.

SAECULO XIII.

Petrus Russorum Dux.
Lithuania.
Universa Livonia et Borussia.
Cassahan Tartaror. imperator.
Plures Tartarorum Duces.
Graeci cum Ecclesia reconcil.
S. Hyacinthus in region. Septem. predicat.

SAECULO XIV.

Bosnia.
Cumania.
Iagello Lithuaniae Rex cum trib. Fratr.
Samogetae.
Azentines Turc. Imper.
Insulae Fortunatae.

SAECULO XV.

Angola.
Congi Regnum.
Guinea.
Graeci ad Ecclesiam redeunt.
Iudaei et Mauri in Hispan.
Armeni cum Ecclesia reconcil.
Zera Iac. E. Abyssin. Eccl. reconcil.

SAECULO XVI.

America Merid.
David Aethyopiae Imper. cum Eccl. reconcil.
In Sina-Iaponia et Africa.
Plures Insulae Indiar. Occid.
Meliapor et Goa.
Plures e Genev. Pago.
Iaponia et plures Indiarum Insulae.
Mexici et Bungi Reges.
Sinenses.

SAECULO XVII.

Siamum.
Indiar. Occid. amplior. pars.
Canadenses et Amer. Septemtr.
Plures in America.
Brasilia.
Rex Sierrae Lionae.
Paraquaria.
Evangel. inter. Sinenses ampl. dilatat.
Tibeth.

SAECULO XVIII.

Brasilia.
Sinenses aliq.
Aliq. partes Orientis.

Plures Sinenses.
Multi Angli ab haeresi.
Pars Tunkini.
In Sinis et Cocincina plures.

SAECULO XIX.

Relig. in Galliis restaur.
In Anglia-Scotia-Hibernia.
Plures in Amer. Septemtr. ex haer. et pagan.
Aliq. in Mauritania.
Nonnullae Tribus in Amer. ad montes saxeos.
Plures in Sinis-Cocincina-Corea.
Plurimi Sinenses.
Plures in Australia et Insul. Ocean.

PATRES
AC PRAECIPUI SCRIPTORES ECCLESIASTICI

SAECULO I. [1]

S. Barnabas († an 60.). Scripsit *Epistolam ad fideles*, cuius pars prima ad fidem contra Iudaeos, secunda ad mores pro Christianis pertinet; eius tamen authentia non est extra dubium. In priori parte hujus epistolae, auctor laudat eorum ad quos scribit fidem et caritatem, ac profitetur ideo se animum ad scribendum appulisse, ut fidem illorum atque scientiam perfectiorem redderet; demonstrat praeterea legem mosaicam in novo Foedere esse abrogatam quoad litteram, non vero quoad spiritum, quem Deus in illa reconditum esse voluit. In parte altera, praeclara et utilia salutis monita ac praecepta dantur. Ed. Fell Oxonii 1685 in 12°.

S. Dionysius Areop. (f. an. 60). Circumferuntur passim sub eius nomine scripta sequentia: Lib. *de Coelesti Hierarchia - de ecclesiastica Hierarchia - de divinis nominibus - de mystica Theologia - Epistolae 10*, quibus, in Bibliotheca Maxima Patrum, etiam undecima adiecta est, quae tamen certissima evidentis falsitatis indicia praefert, et ab alio auctore quam reliqua opera profecta est. Silentium omnium veterum usque ad saeculum sextum de his scriptis, eorum authentiam in dubium revocat. Scriptionis genus ac stylus non simplex est, sed elatus et sublimis. Ed. B. Corderius Antuerp. 1634. item ed. P. Lansselius et Corderius Paris. 1644, quae editio recusa est Venet. 1755 - 56.

Hermas (f. an. circ. 90). Hermae communiter tribuitur opus, cui titulus *Pastor*, quod tribus constat libris; primus inscriptus *Ecclesia*

1 Quae primum post Evangelia prodiere historici generis scripta inter christianos, fuere martyrum acta: quorum in numero tum alia plura merito censentur, tum nominatim acta S. Andreae Apostoli graece primum edita post Ruinartium. Haec vero acta, quamtumvis praeclara antiquitatis ecclesiasticae monumenta sint, non tamen ad Patrologiam proprie spectant, adeoque heic non attinguntur.

quatuor visiones, secundus *Pastor* duodecim mandata, tertius decem similitudines complectitur. Opus vero inscribitur *Pastor*, eo quod apparuisse sibi Angelum habitu pastorali indutum scribit Auctor. Ed. princeps prodiit Parisiis 1513. in fol. cura S. Fabri Stapulensis.

S. Clemens I. R. P. († an. 100). Scripsit *epistolas duas ad Corinthios* quarum prima ab omnibus authentica habetur, et nuper integra reperta est in ms. Cpoli adservato, (Ed. Cpoli 1875) altera vero quae paucis dubia videbatur, nunc ab omnibus admittitur eiusque exemplar nonnullis capitibus auctum ibidem inventum est. Dubiae vero sunt epistolae duae ad Virgines (seu potius ad Caelibes), quae syriaco tantum idiomate habentur, quamvis probabile sit, eas a S. Clemente graece fuisse exaratas [1].

Anonymus - Inter Scriptores apostolicos vel Apostolis suppares numerandus est auctor *Epistolae ad Diognetum*, quem alii censuerunt Iustinum Martyrem, alii Clementem Romanum, alii demum Apollinem a S. Paulo in Ep. ad Corinth. commemoratum, verum haec omnia incerta sunt et meris coniecturis innituntur. Huius vero Epistolae argumentum tale est: Diognetus quidam, nondum christianus, eius tamen doctrinae cognoscendae cupidus, auctori aliquas quaestiones proposuit, potissimum de interna Christianismi essentia, in quarum solutione integrum Epistolae argumentum versatur.

SAECULO II.

S. Ignatius M. Ep. Antioc. († an. 114). Ultimis vitae suae mensibus scripsit *septem Epistolas*, quarum duplex exstat graecum exemplar, alterum brevius germanum atque sincerum, alterum longius interpolatum. Diu lectae in Ecclesiis, habentur pro illustri monumento antiquae fidei et disciplinae. Praeter has circumferuntur *septem aliae epistolae* interpolatae. Stylus illarum sententiosus est ac brevitate et concisa quadam dictione insignis. Ed. Th. Smith Oxonii 1709, novissime I. H. Petermann Lipsiae 1849.

S. Papias Ep. Hierapolitan. (f. a. c. 120). Quinque scripsit volumina quorum titulus - *Expositio oraculorum dominicorum* - Huius tamen operis decem tantum fragmenta supersunt, ex quibus nonnulla adiudicanda videntur Scriptoribus graecis sequioris aevi. Licet Papias in quibusdam nimis fuerit credulus ac errorem de regno

1 Operibus Clementis nomen ementitis accenseri debent Constitutiones apostolicae, Recognitionum libri ac novemdecim Homiliae Clementinae, quae omnia non ante tertium Ecclesiae saeculum conscripta videntur.

Canones vero, qui Constitutionibus apostolicis subnectuntur, numero quinque supra octoginta, non videntur innotuisse multo ante finem saeculi V. ex his priores quinquaginta merito existimantur esse summarium sanctionum, quae a graecis episcopis antenicaenis latae fuerant.

millenario primus inter Patres invexerit [1], tamen eius operi multum auctoritatis tribuerunt Veteres. Ed. Oxonii 1698 et iterum 1814-18.

S. Quadratus Ath. (f. a. 123). Scripsit *Apologiam*, cuius fragmentum tantum superest, ab Eusebio relatum, in quo de Christi miraculis disseritur.

S. Aristides (f. a. 123). Hadriano Imperatori *Apologeticum* pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententiis, quod penitus deperditum est.

S. Polycarpus M. († an. 155). Ioannis Apostoli discipulus et ab eo Smyrnensis Episcopus consecratus, scripsit complures epistolas, quarum nonnisi una *ad Philippenses* aetatem tulit, quaeque citra dubium genuina haberi debet. In ea christianis pro status, sexus, et aetatis diversitate varia praecepta tradit, in haereticos gnostici generis invehitur, ad patientiam et constantiam in rebus adversis, atque ad preces pro regibus, principibus et inimicis fundendas hortatur. Exstant praeterea fragmenta *quinque Responsionum Capitulorum*, de quorum tamen sinceritate varia circumfertur eruditorum sententia.

S. Iustinus. M. (f. a. 161). Opera eius genuina sunt - *Apologiae duae pro Christianis* - *Dialogus cum Tryphone iudaeo*, pro veritate Christianae religionis - *Tractatus* de *Monarchia* sive unitate Dei, *Oratio ad Graecos*, *Cohortatio ad Graecos*. Fuit vir sanctitate et doctrina insignis. Stylus eius est planus et incomptus. Optimam edit. eius operum curavit Maran C. S. Mauri Parisiis 1742.

S. Theophilus. Ep. Antioc. (f. a. 168). Ex omnibus eius scriptis supersunt tantummodo *tres Libri ad Autolycum*. Rationes eius solidae sunt, stylus vero cum primis perspicuus et elegans. Edid. Fell Oxonii 1684.

S. Hegesippus. (f. a. 170). *Ecclesiasticorum actuum* texuit *historiam* a Christo passo ad suam usque aetatem, quam quinque complexus est libris, et cuius aliquot tantum fragmenta supersunt.

S. Dionysius Ep. Corint. (f. a. 170). Reliquit *octo epistolas*, quarum septem priores vocantur *catholicae*.

Hermias (f. a. 171). Scripturam confecit, quae inscribitur - *Irrisio gentilium philosophorum*.

S. Apollinaris Ep. Hierap. (f. a. 176). Insigne volumen pro fide Christianorum et libros quinque adversus gentes elucubravit, atque alia multa varii argumenti opera confecit, quae perierunt, exceptis nonnullis fragmentis ex libro incerto, et ex libro de Paschate.

1 Quamvis plures Patres secuti fuerint sententiam de regno Christi in terra per mille annos ante universalem corporum resurrectionem futuro, ea tamen fuit privata singulorum opinio, numquam vero communis consensio veluti in doctrinam fidei, qua de re cf. eximium Tractatum de divina Traditione Emi Ioannis B. Franzelin e S. Iesu S. R. E. Cardinalis.

Melito Sarden. Ep. (f. a. 176). Scripsit *Apologiam et epistolas*, in quibus Canon Scripturae occurrit et libros 18. Eius opera, si pauca tantum fragmenta excipias, interciderunt. [1]

Athenagoras (f. a. 176). Scripsit *Apologiam* quae inscribitur: *Legatio pro Christianis*, et *Librum de Resurrectione mortuorum*. Egregiae sunt Ed. Oxonii 1706, Longosalissae 1774.

Tatianus (f. a. 176). Iustini martyris discipulus et post eius obitum Encratitarum haeresis institutor, scripsit *Orationem adversus Graecos*, quae sola ex aliis quamplurimis eius operibus ad nostram aetatem pervenit. Stylus inelegans non est, non adeo tamen politus et concinnus. Ed. optima Oxonii 1700.

S. Irenaeus Lugd. Episcopus (f. a. 177). Ex eius scriptis ad nostram aetatem pervenit solum Opus, in quinque libros divisum *adversus haereses Gnosticorum omnis generis*, cui titulum fecit: *Detectio et eversio falso cognominatae agnitionis*: a recentioribus citatur sub titulo: *Adversus haereses Libri V.* Graeco Irenaei textu caremus et superest latina versio, cuius novam editionem curavit D. Massuet Paris. 1710 in fol. rec. Venet. 1754. Exstant praeterea fragmenta aliqua ex Irenaei scriptis, quorum nonnulla ab Eusebio, aliisque antiquioribus relata cum indicatione Libri, certo ipsius foetus sunt. Alia vero a recentioribus edita, ut dubia haberi debent. Irenaeus habitus est a Tertulliano omnium doctrinarum curiosus explorator. Stylus est adstrictus et energicus, sed simplex.

Apollonius (f. a. 192). Scripsit opus contra Montani haeresim.

S. Clemens Alex. (f. a. 192) Ex plurimis eius scriptis supersunt, *Protrepticon* seu cohortatio ad gentes, quas, perstrictis earum sacris, ad christiana amplectenda hortatur. - *Libri 3. Paedagogi* seu instructionis pro Gentili iam converso - *Libri 8 Stromatum*, quibus hoc nomen dedit propter multiplicem materiae varietatem. In his christianos in religione sua confirmare et ethnicos ad eamdem suscipiendam allicere sibi proposuit. Horum septem priores dubio procul Clementem auctorem habent, octavus suppositititius non immerito censetur; exstat praeterea libellus inscriptus: *Quis dives salvetur?* qua oratione rectum divitiarum usum docet, - et fragmenta ex non-

1 Complures alii hoc seculo apologias pro Christianis conscripserunt. Exculta enim ab Imperatoribus philosophia, jactata ab haereticis scientia, retusa Iudaeorum pervicacia caussae fuerunt, cur christiani scriptores primo ad sui defensionem, deinde etiam ad oppugnationem adversariorum animum adjicerent. Inter hos numerandi sunt MILTIADES, qui duos libros adversus Gentes scripsit et Imperatoribus M. Aurelio et L. Commodo Apologeticum dedit; S. PHILIPPUS GORTINAE in Creta Episcopus, S. PYNITUS Gnosiae urbis in eadem insula Episcopus, S. APOLLONIUS senator Romanus qui insigne volumen composuit in quo fidei suae rationem reddidit, S. SERAPION Episc. Antiochenus, quorum tamen opera olim celebratissima penitus interiere. His jungendi sunt AGRIPPA CASTOR, MUSANUS, MODESTUS, RHODON et MAXIMUS.

nullis Libris *Hypotyposeon* seu Institutionum et aliorum operum. Habetur pro magistro philosophiae christianae, inter scriptores ecclesiasticos, sapientissimo: libri eius eruditione et sapientia sublimi referti sunt; verum ab erroribus quibusdam ipse immunis non est, philosophiae eclecticae addictus erat, et Platonis amore ducebatur. Opera Clementis Alex. edita sunt Oxonii 1715. et Venet. 1758 in fol.

Tertullianus (f. a. 199). A cultu deorum et militia ad Christi sacra transgressus, et post nuptias Presbyter factus, defecit ad montanismum ac demum propriae sectae auctor evasit. Inter eius opera praecipuum locum tenet *Apologeticus*, in quo varia crimina christianis obiecta diluit. Idem fere argumentum continent *Libri 2. ad Nationes* (i. e. ad Gentiles). Praeterea eius opera sunt: *Tractatus de testimonio animae - Liber ad Scapulam - Liber adversus Iudaeos - Liber de Praescriptionibus adversus haereticos*, in quo haereticorum dogmata cursim attingens, una novitatis exceptione, simul omnia refellit; (quae vero in fine huius operis invenitur haereticorum recensio, eorumque errorum brevis expositio, ex communi Eruditorum consensu tamquam supposititia reiicitur) - *Opus contra Marcionem - Liber contra Praxeam - Liber adversus Hermogenem - Liber contra Valentinianos - Liber de carne Christi - Liber de resurrectione carnis - Liber de anima - Liber adversus gnosticos Scorpiace* (i. e. antitodum contra venenum haereticorum scorpionibus similium). *Lib. de Idololatria - Liber de corona - Liber de spectaculis - Liber ad Martyres - Liber de Baptismo - Liber de Poenitentia - Liber de patientia - Liber de Oratione - Libri 2. de cultu foeminarum - Libri 2. ad uxorem - Liber de Pallio* - Tandem sequuntur opera, quae ad Montanistas transgressus confecit, scilicet *Liber de fuga in persecutione - Liber de ieiuniis - Liber de Monogamia - Liber de exhortatione castitatis - Liber de pudicitia - Liber de velandis Virginibus.* - Eminet porro in omnibus Tertulliani scriptis vir natione atque indole afer, qui plurimum phantasia, plurimum ingenio pollet, iudicio saepe parum. Qui proinde legentes, singulis sententiis ac pene vocibus percellere, quam apta rationum continuatione ac serie docere, mavult. Hinc pressae succique plenae locutiones, hinc audax vocabulorum novitas, hinc intercisa illa eruditio, quam undequaque corrogatam suis interserit opusculis: hinc frequentes ab argumento digressiones inopinaeque transitiones, quae plerumque ordinem tractactionis introspici non sinunt. Ex breviloquenti vero eius peregrinitate, quae vix ullam ex ordine lucem mutuatur, oriuntur illae orationis quasi tenebrae, quae passim eius opera involvunt, quaeque effecerunt, ut illius elocutio praeter modum difficilis atque obscura ipsis veteribus videretur. Opera Tertulliani edita sunt cura I. Pamel Antuerp. 1579 in fol. - N. Rigaltii Paris. 1634 et auctius Paris. 1641 et 1664 fol.

Venetiis 1701 et melius 1774 fol. - I. S. Semler Halae 1770-76. 6. vol. in 8° recusa ibid. 1824-29. Virgeburg. 1780-81. Lipsiae 1839-41.

Eiusdem aetatis sunt HERACLITUS qui commentarios edidit in Epistolas Paulinas - CANDIDUS qui tractatus composuit in Exaemeron - APPION in eodem argumento versatus - Sextus auctor libri de Resurrectione - ARABIANUS qui de dogmate scripsit - MAXIMUS qui quaestionem de origine mali apud philosophos et primos haeresiarchas famosam insigni volumine exagitavit. Eorum tamen opera ad nos non pervenerunt.

SAECULO III.

ANONYMUS *Refutatio omnium haereseon* (titulo Philosophumenon edita) [1] Opus aetate pervetus, editione recens, idemque auctoris admodum controversi, quod de placitis philosophorum, de astrologorum commentis, de praestigiatorum technis, de mysteriis hierophantum deque haereticorum erroribus agit ea mente, ut singulas haereses refutet.

CAIUS (f. a. 202). Scripta eius tria apud Veteres celebrantur, scilicet *Parva Labyrinthus* adversus Artemonis et Theodoti haeresim - *Dialogus contra Proculum Montanistam*, et Lib. *de Universi natura*. Horum operum nonnisi fragmenta supersunt. Fragmentum quoque de canone Scripturarum a Muratorio repertum et editum huic Caio vindicatur, atque ex citato Dialogo depromptum censetur.

IULIUS AFRICANUS (f. a. 220). Praecipuum eius opus est *Chronographia* sive Lib. 5. *de temporibus*, in quibus ab orbe condito usque ad annum circa 220 praecipuos eventus posterorum memoriae consignavit. Opus hoc iam pridem intercidit, exceptis nonnullis fragmentis. Praeterea exstat pars eius epistolae ad Originem de Susannae historia apud Danielem, quam commentitiam esse suspicatur, sed errorem ejus mox erudita epistola correxit Origines; et pars epistolae ad Aristidem de apparenti discrepantia inter Matthaeum et Lucam in genealogia Christi; denique pars *ex Lib. de passione S. Symphorosae et filiorum eius.*

MINUTIUS FELIX (f. a. 229). Scripsit *Octavium*, seu Dialogum inter Caecilium gentilem et Octavium christianum.

1 Hac de re cf. egregium Commentarium cl. P. Torquati Armellini S. I. Prof. Hist. Eccl. in Coll. Romano « De prisca refutatione haereseon Origenis nomine ac Philosophumenon titulo vulgata. » In hoc opere cl. Professor postquam doctissime ostendit hanc elucubrationem neque Origini, neque Caio, neque Hyppolito tribuendam esse, concludit, quod quousque non diluantur ea rationum momenta, quae Tertullianum auctorem excludunt, non alius potest nominari ejusmodi scriptor quam studiosissimus ille imitator Tertulliani, idemque primus pseudo - pontifex Novatianus.

S. Hippolytus Ep. (f. a. 230). Eius opera sunt *Demonstratio de Christo et Antichristo - Demonstratio adversus Iudaeos - Liber adversus Graecos* qui inscribitur *adversus Platonem de universo - Opus adversus omnes haereses*, ex quo, praeter alia minora fragmenta, hodiedum superest pars extrema, cui titulus est *Contra haeresim Noëti.* His adiungi debent *Explanatio in Danielem: Tractatus breris de Susanna: Sermo in S. Theophania et de Charismatibus* (Sp. Sancti) *Apostolica Traditio - Canon Paschalis - Narratio de Virgine Corinthiaca* et *de quodam Magistriano*. Supersunt insuper fragmenta Commentariorum in varios S. Scripturae libros, nonnullarum Homiliarum et epistolae ad reginam quamdam. Fuit Hippolytus Irenaei discipulus vulgatis adversus ethnicos atque haereticos operibus orienti iuxta et occidenti notissimus, qui forte omnium primus insignes in sacra Biblia commentarios composuit, quique vitandis iudaicae supputationis aberrationibus paschalem periodum in usum christiani occidentis concinnavit. Opera S. Hippolyti quae supersunt, et aliorum quae perierunt, fragmenta edidit Fabricius 1716. 2. vol. in fol. Galland. Biblioth. T. II.

Origenes (f. a. 230). Ex Operibus eius praeter Hexaplorum fragmenta [1], habentur *Epistola ad Iulium Africanum de Susannae historia - Epist. ad Gregorium Thaumaturgum quando quibusve philosophicae disciplinae utiles sint ad SS. Script. expositionem* - Fragmenta ex libris *de resurrectione - Sententia Origenis de resurrectione - Libri quatuor de principiis - Libellus de Oratione - Exhortatio ad martyrium; Contra Celsum, libri 8. - Selecta in Genesim - Homiliae in Genesim - Selecta in Exodum - Homiliae in Exodum - Selecta in Leviticum - Homiliae in Leviticum - Selecta in Numeros - Homiliae in Numeros - Selecta in Deuteronomium - Selecta in Iesum Nave - Homiliae in Lib. Iesu Nave - Selecta in Iudices - Homiliae in Lib. Iudicum - Selecta in I. librum Regum - Selecta in lib. Iob - Commentaria in Psalmos - Fragmenta in Proverbia - Fragmenta in Canticum - Homiliae in Canticum Canticorum - Homiliae in visiones Isaiae - Homiliae in Ieremiam - Selecta in Ieremiam - Selecta in Threnos - Homiliae in Ezechielem - Selecta in Ezechielem - Pars ex commentariis in Osee - Comment. in Evang. secundum Matthaeum - Homiliae in Lucam - Fragmenta in Lucam - Commentaria in Evan-*

1 Hexapla Origenis sex columnis continebant textum hebraicum litteris hebraicis, eumdem textum litteris graecis, versionem Aquilae, Theodotionis, Symmachi et versionem ecclesiasticam LXX, ad cuius correctionem et ad exhibenda ea omnia quibus haec versio a textu hebraico discreparet, totum opus (50 voluminum) maxime spectabat. Praeter hexapla edidit Origenes adhuc tetrapla et octapla, quorum priora comprehendebant quatuor versiones graecas, in posterioribus ad hexapla additae erant in duabus ulterioribus columnis versiones quinta (reperta in doliis Hiericunte sub Caracalla) et sexta (inventa Nicopoli ad Actium sub Alexandro Severo).

gelium Ioannis - Fragmentum in acta Apostolorum - Commentaria in Epis. S. Pauli ad Romanos, lib. 12. - Fragmenta in Epistolas ad Galatas, ad Ephesios, ad Colossenses, in 1. ad Thessalonicenses, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos - Fragmenta ex homiliis in Epist. ad Hebraeos. - Supersunt denique fragmenta alia nonnulla exegetica; et *Philocalia*, qui liber delectum continet quaestionum et solutionum, quae pertinent ad S. Scripturam et ex variis libris Origenis confectus est. - In hac collectione, quae proprie non est opus Origenis, multa nobis asservata fuere, quae alias fuissent deperdita. - Stylus perspicuus est et facilis, sed diffusus nimis et redundans. Quamvis vero spectabili antiquitate et eruditione eximia commendetur Origenes, tamen caute legendus est, cum in nonnullis vel ipse vel ipsius operum corruptores a fidei veritate aberraverint. Opera ejus edita sunt a PP. Benedict. Paris. 1733 4. vol. in fol.

S. Dionysius Alexandrin. (f. a. 247). Ex eius libris vix unus integer restat: habentur enim - Fragmenta ex Libris *de natura ad Timotheum - Fragmenta Librorum 2. de Promissionibus - Fragmenta ex Libris quatuor adversus Sabellium - Fragmenta ex 4. libris ad Dionysium Romanum Pontificem - Epistolae canonicae et epistolae festales* quae vel integrae vel ex parte nobis ab Eusebio servatae sunt - *Fragmenta exegetica in S. Scripturam* - Dubiae auctoritatis est *epistola adversus Paulum Samosatenum.*

S. Cyprianus E. M. (f. a. 248). *Epistolae* 83 in editionibus optimis S. Cypriano adscribuntur: opuscula vero illius sunt *Liber de Idolorum vanitate - Liber ad Demetrianum - Liber de Lapsis - Liber de unitate Ecclesiae - Ad Quirinum, testimoniorum contra Iudaeos Lib. 3. - Liber de mortalitate - Epistola ad Fortunatum de exhortatione martyrii - Liber de oratione Dominica - Liber de opere et eleemosynis - Liber de patientia - Liber de zelo et livore - Liber de habitu Virginum* - Hisce genuinis operibus alia iunguntur, de quibus inter Eruditos non convenit, utrum S. Cypriani sint, scilicet - *Epistola de disciplina et bono pudicitiae, et Exhortatio ad Poenitentiam.* Cyprianus, excepta eius sententia de Baptismo extra Ecclesiam collato, prorsus immunis est ab omnibus erroribus, et a S. Augustino in summo pretio habitus. Opera eius post alios ediderunt Baluzius et Maranus Paris. 1726 et Venet. 1758 in fol.

S. Gregorius Thaumaturgus Ep. Neoc. (f. a. 250). Praeter fragmenta perditorum, exstant ab eo scripta *Panegyris Eucharistica in Originem - Metaphrasis in Ecclesiasten - Expositio fidei* in SS. Trinitatem - *Epistola canonica* de poenitentia subeunda ab iis christianis, qui occasione invasionis Gothorum rapinas et alia crimina commiserant. Comparatur à Patribus, Prophetis et Apostolis.

S. Anatolius Alex. (f. a. 270). Superest huius S. Patris *Canon*

de Paschate, cuius antiqua exstat tantum latina versio, in quo disputat de tempore celebrandi Paschatis. Initium tamen huius Canonis ubi Hieronymus allegatur, S. Anatolii esse non potest.

S. Archelaus Ep. Casch. (fl. a. 278). Eius habentur *Acta disputationis cum Manete*, syro sermone. Exstat praeterea fragmentum aliquod actorum eiusdem disputationis.

S. Petrus Alex. (fl. a. 283). Habetur eius *Epistola Canonica* - *Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam* - Fragmenta varia *ex Libro de deitate et* ex aliis operibus.

S. Victorinus Ep. Petavionen. (fl. a 290). Superest ex eius scriptis Fragmentum de *Fabrica Mundi et Scholia in Apocalypsin.*

S. Pamphilus M. (fl. a. 294). Scripsit *Apologeticum pro Origene.* Exstat huius operis primus tantum liber a Rufino latine redditus.

SAECULO IV.

S. Methodius Ep. Tyr. (fl. a. 305). Superest huius S. Patris opus, cui titulus *Convivium decem Virginum* seu *de castimonia.* Supersunt insuper fragmenta aliquot ex libris *de resurrectione* - *de rebus creatis* - *de libero arbitrio* - *de Ionae historia* - *ex libris adversus Porphyrium* - *ex sermone de martyribus* - *ex homilia de Cruce et passione Christi* - et duae Orationes, quarum una *de Simeone et Anna* - alia *in ramos palmarum.* Fuit vir apprime doctus acerimusque veritatis defensor.

Arnobius Sen. (fl. a. 305). Scripsit libros septem *adversus Gentes.*

Alexander Episcopus Alex. (f. a. 320). Exstant *Epistolae tres cum fragmentis de Ariana haeresi, deque Arii depositione* - *Sermo de anima et corpore deque passione Domini.*

L. F. Lactantius († a. 325). Huius scriptoris habentur libri septem *Institutionum divinarum* adversus Gentes: *Epitomen earumdem:* Liber *de Ira Dei* - Liber *de opificio Dei* - Liber *de mortibus Persecutorum*, et fragmenta nonnulla de aliis eius scriptis. Opera vero dubia sunt *Symposium* - *Carmen de Phoenice* - *Carmen de Passione Domini et Carmen de Pascha.* Scribendi genere adeo eminuit, ut Cicero christianus dictus fuerit.

Eusebius Ep. Caesareen. (f. a. 325). Scripsit librum *Chronicon* - Libros *decem Historiae ecclesiasticae* - Libros *quindecim Praeparationis Evangelicae* - LL. *demonstrationis Evangelicae*, cuius operis ex viginti libris nonnisi 10 supersunt - L. *de Martyribus Palaestinae* - L. *contra Hierocles* - LL. *2. contra Marcellum* - LL. *3. de Theologia ecclesiastica* contra eumdem - LL. *4. de vita Con-*

stantini M. - *Orationem de laudibus eiusdem* - Libros 4. cum titulo *Eclogae propheticae*. Ex *Comm. in Scripturis* supersunt - *Comm. in 118. Psalmos priores* - *Commentarii in Isaiam* qui fere integri sunt. - Scripsit insuper *Canones sive Indices decem Harmoniae Evangeliorum* - *Libros tres Quaestionum Evangelicarum*, quarum excerpta breviata, seu capita selecta, primum edita sunt ab Angelo Maio, - *Commentarium in Lucam* qui ex parte hodie superest et specimen praebet unde cognoscatur, qua ratione Eusebius explanando Novo Testamento incubuerit. - *Librum de locis Hebraicis* qui est explicatio geographica omnium regionum, urbium et locorum quorum fit mentio in V. Test. Tandem *Opuscula 14.* Eusebio Caes. tributa a plerisque eruditis, hodie latine tantum exstant et agunt *de fide* adversus Sabellium, *de resurrectione et ascensione Domini*, *de incorporali et invisibili Deo, atque de incorporali anima et spirituali cogitatu hominis*, *de operibus bonis et malis* etc. Caute legendus cum in variis locis voces et phrases de filio Dei minus aptas et Arianis erroribus faventes usurpaverit. Editio quae omnia complectatur opera in unum collecta adhuc non exstat.

Iulius Firmicus Maternus (f. a. 336). Scripsit Librum *de errore profanarum Religionum.*

S. Eustathius Ep. Ant. († a. 360). Ex eius scriptis integra exstat sola Dissertatio de *Engastrimytho adversus Originem.* Ex aliis scriptis nonnisi pauca Fragmenta supersunt. Scripsit autem Libros octo *contra Arianos* - *Tractatum* seu *Orationem in illud* « Dominus creavit me in initio viarum suarum » (Prov. 8. 22.) item in illud: « Comedite panem meum » (Prov. 9. 5.), *Librum de anima* Denique aliquot Psalmorum inscriptiones explanavit et Psalmos quosdam interpretatus est. Epistolae eius omnes interciderunt - *Commentarius in Hexäemeron*, sive potius Chronicus liber incipiens ab Hexäemeronis i. e. creationis sex diebus peractae expositione ac dein usque ad tempora Iudicum perducens sacram historiam, illi abiudicatur ab Eruditis. Scripsit praeterea *Allocutionem ad Imperatorem Constantium*, quae in Concilio Nicaeno habita fertur ab Eustathio.

S. Iacobus Nisib. († a. 338 vel 350.) Feruntur hodie *Tractatus* seu *Sermones octodecim* qui ab auctore lingua syriaca vel armeniaca conscripti, nunc armeniace tantum exstant.

S. Athanasius Ep. Alexandrin. (f. a. 350). Opera eius sunt Libri 2. *contra Gentes* - *Orationes quatuor contra Arianos* - *Epistolae quatuor ad Serapionem* - quarum argumentum est eos refutare qui perperam de Spiritu Sancto sentiebant. Liber de *Incarnatione Verbi Dei et contra Arianos* - Liber *de Trinitate et Spiritu Sancto* - Libri duo de *Incarnatione contra Appollinarium* - *Epistola ad Epictetum*, in qua confutatur tricotomia seu divisio hominis in corpus animam et

spiritum - *Epistola ad Adelphium* - *Epistola ad Maximum* - *Sermo maior de Fide* - *Expositio Fidei* - *Epistola ad Iovinianum Imperatorem* - *Epistola de Nicaenis Decretis* - *Epistola de sententia Dionysii* - *Historia Arianorum ad Monachos* - *Epistola ad Serapionem de morte Arii* - *Encyclica ad Episcopos Epistola* - *Epistola ad Episcopos Aegypti et Lybiae* - *Epistola de Synodis* - *Epistola ad Afros Episcopos* - *Tomus* (seu Epistola Synodica) *ad Antiochenos* - *Epistola ad Rufinianum* - *Apologia contra Arianos* - *Apologia ad Imperatorem Constantium* - *Apologia de fuga sua* - *Vita S. Antonii Abbatis* scripta ad Monachos instituendos. - *Epistola ad Marcellinum* de interpretatione Psalmorum - *Exopsitiones in Psalmos.* (Alia quoque exstat sub eius nomine - *Interpretatio Psalmorum*) - *Epistola ad Dracontium* - *Epistola ad Amunem.* Hisce operibus adiugendae sunt complures aliae epistolae minores *exhortatoriae*, *consolatoriae* et *festales* et multa fragmenta, quorum tamen plerorumque authentia nonnihil dubia est. - Symbolum quod Athanasianum dicitur, non videtur ei tribuendum tum quia continet perspicuas contra haereses formulas Athanasio posteriores, tum quia non continet vocabulum ὁμοούσιον ab ipso tantopere propugnatum. Censeri potest scriptum fuisse vel medio vel exeunte seculo V. Stylus eius iuxta Photium elegans simul ac splendidus est. Tanta vero erat in Athanasio ingenii vis et morum sanctitas, ut vita eius Episcopatus norma esset, et ipsius dogmata pro fidei orthodoxae lege haberentur. Ed. omnium praestantissima est Maurina Paris. 1698 Tom. II. in tribus Vol. fol. Huic tamen editioni adiungi debent quae idem B. de Montfaucon in nova Collect. Patrum Graecorum T. II. Paris. 1706 in lucem emisit.

S. Cyrillus Hieros. (f. a. 350). Scripsit *Catecheses* 23. quarum 18 ad illuminandos catechumenos, 5 vero quae appellantur mystagogicae ad illuminatos seu neophytos qui baptisma susceperant habitae sunt. In primis illis sermo est praesertim de symbolo et oratione dominica, in his de Trinitate et aliis mysteriis de quibus post baptisma eruditebantur fideles [1] Homiliam *in Paraliticum ad piscinam iacentem* - *Epistolam ad Constantium* - Aliae eius Homiliae perierunt, ex quibus *Fragmenta* quaedam, licet non extra omne dubium posita, adhuc supersunt. Ed. princeps prodiit Viennae in

1 In sacratioribus fidei capitibus proponendis Christus ipse secutus est legatisque suis prosequendam praestituit certam reticentiae ac progressionis oeconomiam, qua simul hominum infirmitati, fidelium tutelae, honori mysteriorum prospiceretur. Inde factum est, ut per aliquot continenter secula, externis hominibus ad suscipienda mysteria nondum praeparatis, non modo sacramenta omnia christiana, sed nonnulla etiam dogmata prudenter celarentur. Ex eadem vero disciplina repetendus est catechumenorum coetus in ordines *audientium*, *prostratorum*, *competentium* idcirco tributus, ut catechumeni per gradus instructi atque probati, mysteriorum denique participes fierent.

Austria 1560. in 4. omnium vero praestantissima est quam gr. et lat. curavit A. Toutée ex Congreg. S. Mauri Paris. 1720 rec. Venetiis 1763 fol. nova edit. prodiit Monachii an. 1848 V. I. in 8.

S. Hilarius Pictav. (f. a. 355.) Opera eius sunt Libri 12. *de Trinitate* - Liber *de Synodis* seu de fide Orientalium - *Apologetica ad reprehensores Libri de Synodis* - Liber I. *ad Constantium Augustum* - Liber II. *ad Constantium Augustum* - Liber *contra Constantium Imperatorem* - Liber elegans *contra Auxentium* vel *contra Arianos* - *Hilarii Epistola seu Libellus* - *Sermo de dedicatione Ecclesiae* - Liber *de Filii et Patris unitate* - Liber *de essentia Patris et Filii*. Supersunt etiam fragmenta XV ex opere historico, in quo potissimum Concilii Ariminensis historia descripta est, utrum vero quibusdam in locis interpolata sint, non satis liquet. Tandem remanent - *Commentarii in Psalmos* - *Commentarius in Evangelium Matthaei* - *Epistola ab Abraham filiam suam* - *Hymnus ad eamdem missus* - Iudicium Hieronymi de Hilarii scriptis hoc est: Hilarium legi posse sine errandi periculo. Editio omnibus fere numeris absoluta adornata est a P. Coustant ex Cong. S. Mauri Paris. an. 1693. Eadem editio novis curis aucta per Scip. Maffei prodiit Veronae an. 1730. 2. Vol. fol. quae recusa est, sed mendis scatens, Venetiis 1749 fol.

Phoebadius Agenensis Ep. (f. a. 358.) Arianorum doctrinae insectator acerrimus, exaravit *librum contra Arianos* ad secundam formulam sirmiensem profligandam. Aliud quoque praeclarum opus conscripsit *de fide orthodoxa contra Arianos* quod ab aliis minus recte inscribitur, *de filii divinitate et consubstantialitate* vel simpliciter *de Fide* atque perperam a nonnullis S. Gregorio Nazianzeno, S. Ambrosio, aut Gregorio Baetico, tribuitur. Denique eiusdem auctoris est *libellus fidei* quod brevem et claram expositionem fidei continet.

Lucifer Calarit. (f. a. 360.) Praeter aliquot Epistolas exstant ab eo scripti Libri duo *pro Athanasio* - Liber *de non conveniendo cum haereticis* - Liber *de regibus apostaticis* - Liber *de parcendo in Deum delinquentibus* - Liber inscriptus: *Moriendum esse pro Dei filio*. In omnibus eius operibus emicat igneus zelus gloriae Dei veraeque fidei, promptissimus S. Scripturae usus, et vis magna dicendi. Sermo rudis et incomptus est. Ed. optima est fratrum Coleti Venet. an. 1778. fol.

S. Ephrem Syrus (f. a. 362.) Ex ipsius Commentariis in Scripturam adhuc habentur syriace, *Explanatio in Pentateuchum*, *in libros Iosue et Iudicum et in lib. 4. Regum*, item *Explanatio in lib. Iob*, *in Isaiam*, *Ieremiam*, *Lamentationes Ieremiae*, *Ezechielem ac Danielem*, *denique* ex Prophetis minoribus *in Oseam*, *Ioel*, *Amos*, *Ab-*

diam, *Michaeam*, *Zachariam*, *et Malachiam*. Armeniace exstant eius *Expositio Harmoniae Evangeliorum et Commentarii in Epistolas S. Pauli*, excepta Epistola ad Philemonem - *Sermones XII de Paradiso Eden* - *Sermones XII* exegetici, quibus quaedam S. Scripturae dicta vel facta explanantur, et quibus addere oportet *Scholia Ascetica in quosdam S. Scripturae locos*, *Tractatum de Sacerdote Heli* - *laudationem Psalmorum*, *et Ps. 72. brevem explicationem*, *quaestiones breves in S. Scripturam*, *et fragmenta aliquot exegetica*. - Praeterea habentur ipsius *Sermones polemici 56 adversus haereses* - *Sermones polemici 80 adversus Scrutatores*, quos excipiunt *Sermones 7 de Margarita*, seu *de Fide*, aliique tres simpliciter *de Fide* inscripti - *Sermo adversus Iudaeos* - *Sermones 13 de Nativitate Domini* - *Sermones de Sanctis* - *Sermones quatuor de libero humanae voluntatis arbitrio* - Hos subsequuntur *Sermones* qui proprie dicuntur *Morales et Ascetici* - *Paraeneses 76* seu hortationes ad poenitentiam - *Necrosyma* seu *Canones funebres 85* vario metro conscripti - *Testamentum*. Opera dubia sunt, *Sermo uterque in Mulierem peccatricem*, *quae unguento Dominum unxit*. *Sermo de virtutibus et passionibus* - *Sententiae ex Operibus S. Ephremi eiusque vita selectae*, *et dicta S. Ephremi*. Eius scripta captu facilia sunt, praeferuntque hominem in studio divinarum literarum exercitatissimum.

S. Zeno Veronen. (f. a. 362.) Reliquit tractatus 77 *de fide*, *spe et charitate*, *de iustitia*, *de pudicitia*, *de humilitate*, *de timore Dei naturali et supernaturali*, *de avaritia* etc.; praeterea breviores Tractatus *de aeterna Filii Dei generatione eiusque divinitate* contra Arianos - *De Sanctis quibusdam Veteris Testamenti et de aliis argumentis*. Ed. luculenta facta est Veronae an. 1793 a Ballerini, recusa cum nova appendice Augustae Vindel. an. 1758.

S. Basilius Caes. (f. a. 365). Opera dogmatica S. Basilii sunt, *Libri quinque adversus Eunomium* quorum tres priores certo Basilium auctorem habent, posteriores dubii censentur a Garnerio et a Marano, sed plerique eorum authentiam admittunt, ac *Liber de Spiritu Sancto:* - Opera exegetica sunt: *Homiliae IX in Exaëmeron* - *Homiliae in Psalmos nonnullos* quae numero duodeviginti habentur, sed nonnisi quatuordecim certo genuinae sunt, scilicet *Hom. in Ps.* 1. 7. 14. 28. 29. 32. 33. 44. 45. 48. 59. 61. 114. e 115. Duplex porro exstat homilia in Ps. 14 et in Ps. 28. sed *homilia altera* in Ps. 14 quamvis doctrinam Basilio haud indignam contineat, dubia tamen est ob insignem styli diversitatem, *altera* vero *hom.* in Ps. 28. iure ab omnibus reiicitur. Opera ascetica recensentur *Tractatus tres ascetici*, scilicet *Praevia institutio ascetica* seu hortatio ad eos qui christianam perfectionem sectantur - *Sermo asceticus et exhortatio de renuntiatione saeculi et perfectione spirituali*, *et Sermo de*

ascetica disciplina, seu quomodo monachum ornari oporteat: praeterea Libelli duo, scilicet *Prooemium de iudicio Dei* et *de Fide*. Opera moralia *octoginta Regulis* continentur in plura iterum capita divisis - Inter genuina eiusdem opera adnumerandae etiam sunt *Homiliae diversae 24 et Epistolae 325*. - Spuriis reiectis operibus, dubiis accenseri debent praeter *Homilias* superius commemoratas, *Commentarius in Isaiam* - *Libri duo de Baptismo* - *Constitutiones monasticae: Breves duo Tractatus Ascetici* - *Homilia adversus calumniatores SS. Trinitatis*, altera *de Spiritu Sancto* altera *in sanctam Christi generationem*, et alia *de Libero arbitrio*. Denique *Homilia in aliquot Scripturae locos dicta in Lacizis;* - *Precatio quaedam pro inimicis, amicis et benefactoribus* et alia *precatio et exorcismus super homine vexato ab impuris spiritibus*, denique *Liturgia S. Basilii*, quae partim mutila, partim aucta a recentioribus exhibetur. Basilius meruit panegyrin a Nazianzeno et Magni titulum a Theodoreto, quem etiamnum apud omnes obtinet. Stylus purus et elegans est. Praestantissima Ed. prodiit cura DD. Garnerii et Marani Paris. an. 1721. - 1730. III T. in fol.

S. Epiphanius (f. a. 365.) Edidit *Anchoratum* sic dictum, quia animum de vita ac salute fluctuantem moderatur et firmat ut anchora - *Panarium* seu tomos 7 contra 80 haereses - *Recapitulationem seu Epitomen Panarii* - *Librum de ponderibus et mensuris* - *Librum de duodecim gemmis* - *Ep. 1. ad Ioannem Hierosolymit.* - *alteram ad Hieronymum*. Dubia vero sunt opera sequentia: *Physiologus* seu potius *ad Physiologum, et Commentarius in Canticum Canticorum*. Epiphanio de chronologia loquenti parum fidendum est, plerumque enim ostendit in re chronologica minimam posuisse curam.

S. Damasus R. P. (f. a. 366-) Complures epistolas et varia carmina posteris reliquit quae partim ad fidem, partim ad ecclesiasticam disciplinam et ad acta martyrum pertinent. Ex epistolis eius octo aut novem supersunt, aliae integrae, aliae ex parte; ex carminibus exstant 37. *Epitaphia* quibus ille memorias plurium martyrum conservavit. Opera eius ed. Merenda Romae an 1754. Hunc vero Pontificem non esse auctorem Chronici, seu libri Pontificalis, conveniunt omnes eruditi.

S. Optatus Milev. (f. a. 868) Scripsit Libros septem de *Schismate Donatistarum*. Stylus Optati virilis est, vehemens et pressus; mentem suam subtilissime et acutissime exprimit.

S. Ambrosius Ep. Mediolan. (f. a. 370). Plura reliquit opera inter quae primum locum occupant *Libri 5. de fide* semper in summo pretio habiti - *Libri 3. de Spiritu Sancto* - *L. de Incarnationis Dominicae Sacramento* - *L. de mysteriis* - *Libri 2. de Poenitentia* - *Libri 2. de excessu fratris sui Satyri* (seu de fratris obitu).

His accedunt *Hexaëmeron - L. de Paradiso - Libri 2. de Cain et Abel - L. de Noë et Arca - Libri 2. de Abraham - L. de Isaac et anima - L. de bono mortis - L. de fuga saeculi - Libri 2. de Iacob et beata vita - L. de Ioseph Patriarcha - L. de benedictionibus Patriarcharum - L. de Elia et ieiunio - L. de Nabuthe - L. de Tobia* seu *adversus foeneratores - LL. 4. de interpellatione Iobi et David - Duae Apologiae Prophetae David - Enarrationes in 12. diversos Psalmos - Expositio in Psalmum 118. - Expositio Evangeli secundum Lucam - Libri 3. de officiis Ministrorum - L. de viduis - Libri 3. de virginibus ad Marcellinam - Unus de Virginis institutione et S. Mariae virginitate perpetua - L. de Virginitate - L. de lapsu Virginis consecratae - Exhortatio Virginitatis.* Praeterea eius opera sunt: *Consolatio de obitu Valentiniani - Oratio de obitu Theodosii - Sermo contra Auxentium de Basilicis tradendis - Sermo in translatione reliquiarum SS. Gervasii et Protasii - Epistolae 9. et duodecim Hymni.* Caetera scripta temporum iniuria exciderunt. Opera dubia sunt *Libri sex de Sacramentis - Apologia altera Prophetae David et Ordo Ambrosianus. Commentarius* vero *in Cantica Canticorum* concinnatus est ex eius operibus, et ita etiam dicendum *de Expositione Fidei secundum Symbolum Nicaenum.* Ambrosius Ecclesiae columna fuit appellatus, delectat suis scriptis et instruit - Stylus concisus, argutus et nobilis est. Ed. praestantissima est illa Maurinorum Paris. an. 1686-90. II Vol. fol. recusa Venet. 1748 - 51. VIII. T. in f.

Titus Ep Bostren. (f. a. 378). Scriptis mandavit libros 4. *contra Manichaeos,* quorum tres priores integri adhuc exstant.

S. Philastrius Ep. Brix. (f. a. 380). Scripsit librum *de Haeresibus,* editum Amburgi an. 1721. Brixiae an. 1738. Notandum vero est in hoc opere, vocabulum *haereseon* sensu latissimo usurpari, quo non solum errores dogmaticos, sed etiam sententias erroneas et opiniones omnes quae a communibus discrepant, ferit auctor.

S. Pacianus Barc. (f. a. 370). Scripsit *Epistolas 3. ad Sympronianum novatianum - Paraenesim sive adhortatorium libellum ad poenitentiam - Sermonem de Baptismo.* Praeclare disserit S. Pacianus de Ecclesia Catholica eiusque potestate remittendi peccata. Ed optima est in Galland. Biblioth. T. VII. inde recusa a Migne.

S. Gregorius Naziazenus († a. 389). Orationes 16. hodie supersunt inter quas principem locum tenent *Orationes V. de Theologia - Duae invectivae in Iulianum Imper. - Una exegetica in Matthaeum - Oratio Apologetica de fuga sua,* quam nonnulli codd. inscribunt *Tractatum de Sacerdotio - Oratio de pauperum amore - Orationes de Pace tres.* His accedunt *Orationes festivales,* quae ali-

quando pertractant dogmata, aliquando de moribus formandis agunt, et huc pertinent *Oratio in Christi Nativitatem* - *Oratio in Sancta Lumina* (i. e. festum Ephiphaniae). - *Duae in sanctum Pascha* - *Oratio in novam Dominicam* (i. e. Dominicam in Albis). *Oratio in S. Pentecostem* - *Orationes panegyricae et funebres* - *et Orationes per varias occasiones habitae.* Tandem supersunt *Epistolae 242, et plusquam 40 Poëmata.* Omnium iudicio erat in omni disciplinarum genere praestans, in Theologia summus. Stylus grandis, sublimis, maiestate plenus est. Ed. praestantissima eademque rarissima est quam adornarunt D. Clemencet (ex Cong. S. Mauri) et D. A. B. Caillau: tomus I. prodiit Paris. an. 1778 fol. Tom vero II. lucem aspexit ibid. 1840.

S. Gregorius Nyssen. (f. a. 371). Supersunt ipsius *Oratio Catechetica magna*, cuius ultimae 26 lineae Cap. ultimi aliunde huc translatae sunt - *Libri seu Orationes 12 contra Eunomium* - *Tractatus de fide ad Simplicium* - *Antirrheticus adversus Apollinarium* - Alius *Tractatus ad Theophilum contra Apollinarium* - *Tractatus de anima et resurrectione.* - *Liber contra fatum* - *Tractatus ad Hierium Cappadociae Praefectum de infantibus qui praematura morte abripiuntur* - *Sermo adversus Arium atque Sabellium* - *Sermo de Spiritu Sancto adversus Macedonianos Pneumatomachos* - *Explicatio Apologetica seu liber in Exaëmeron* - *Liber de hominis opificio* - *Liber de vita Mosis* seu de vita perfecta - *Epistola de Engastrimytho* seu *Pythonissa.* - *Libri duo de Psalmorum inscriptionibus* - *Homiliae octo in Ecclesiasten.* - *Expositio Cantici Canticorum ad Olympiadem* - *De Oratione homiliae quinque* - *De beatitudinibus homiliae octo* - *Tractatus tres de perfectione christiana* - *Liber de virginitate* - *Epistola canonica ad Letoium* - *orationes morales* quibus aut singulas virtutes commendat, aut vitia quaedam redarguit, et praesertim abusum differendi baptismum [1] *Oratio de Deitate Filii et Spiritus Sancti et de fide Abrahami* - *Oratio in diem Luminum* i. e. *Epiphaniae* - *Orationes quinque de Resurrectione Domini in festum Paschatis* - *Oratio in Christi Ascensionem; Oratio in Pentecosten.* - *Encomia seu orationes duae in S. Stephanum protomartyrem* - *Oratio de S. Theodoro Mart., et tres in 40 Martyres* - *Orationes in laudem S. Basilii Magni, S. Ephrem Syri, S. Meletii, in funere Pulcheriae, et Flaccillae Augustae* - *San-*

1 Etsi quinque primis Ecclesiae seculis sine iusta causa provectior aetas ad baptisma suscipiendum non infrequenter expectaretur certum tamen est, episcopos passim in eum abusum invectos esse eosdemque numquam sive pueris catechesim sive infantibus in periculo positis baptismum prohibuisse. Quod vero attinet ad infantes extra periculum sitos, vetustiora paedobaptismi monimenta crescentem huiusmodi neophytorum numerum exhibent a medio circiter saeculo tertio ad medium saeculum sextum, quo demum civiles etiam poenae occurrunt iis irrogatae qui suos infantes ecclesiae baptizandos non obtulissent.

ctorum vitae quaedam - Oratio de vita S. Gregorii Thaumaturgi - Vita S. Macrinae sororis - Epistola de euntibus Hierosolymam - et epistola ad sorores Eustathiam et Ambrosiam filiamque Basilissam. Aliae quoque exstant S. Gregorii epistolae 21 serius demum repertae. Dubius est *Liber ad Eustathium de SS. Trinitate, et quod Spiritus Sanctus sit Deus - Epistola vero ad Evagrium monachum S.* Gregorio Nysseno potius tribuenda videtur. Gregorius tanta auctoritate eminuit, ut in Concilio Nicaeno II. Pater Patrum ab omnibus appellatus fuerit. Ed. Paris. an. 1615 - 1618. 2. Vol. in fol. et an. 1638. 3. Vol. in fol.

S. Siricius R. P. (fl. a. 381). *Sex* vel *septem* reliquit *epistolas*, quibus non solum varios damnavit haereticos, verum etiam disciplinam ecclesiasticam saluberrimis decretis instauravit.

S. Hieronymus (f. a. 385). Ex eius operibus supersunt *Vitae S. Pauli, S. Hilarionis et Malchi monachorum - Regulae S. Pachomii translatio latina - Interpretatio Libri Didymi de Spiritu Sancto - Dialogus contra Luciferianos - L. de perpetua Virginitate B. M. V. - Libri 2. adversus Iovinianum - L. contra Vigilantium - L. contra Ioannem Hierosolym. - Apologia adversus Libros Rufini: - Dialogus adversus Pelagianos - L. de viris illustribus - de vitis Apostolorum - Epistola ad Desiderium - L. de nominibus hebraicis - L. hebraicarum quaestionum in Genesim - Comm. in Ecclesiasten - Interpretatio homiliarum duarum Origenis in Canticum - Graeca fragmenta libri nominum hebraicorum - Comm. in Isaiam Libri 18. - Comm. in Ieremiam Libri 6. - Translatio homiliarum 9. Origenis in visiones Isaiae, quarum nona mutila est. - Commentaria in Ezechielem - Commentaria in Danielem, Translatio homiliar. Origenis in Ieremiam et Ezechielem. - In Lamentationes Ieremiae Tractatus - Commentaria in prophetas Osee, Ioelem, Amos, Abdiam - Ionam - - Michaeam - Naum - Habacuc, Sophoniam - Aggaeum - Zachariam - Malachiam - Commentaria in Evangelium S. Matthaei - Translatio - Homiliarum Origenis in Evangelium Lucae - Comm. in Ep. ad Galatas: item ad Ephesios, in ep. ad Titum, ad Philemonem: Comm. in Librum Iob. Interpretatio Chronicorum Eusebii Pamphili - Chronicon S. Hieronymi - Canon hebraicae veritatis seu continens Libros V. T. iuxta Hebraeorum canonem ex ipsis fontibus hebraicis translatos, ac triplici ordine distinctos. - Canon Novi Testamenti, complectens Libros N. T. ex graeco translatos.* Supersunt denique Epistolae 150 in quatuor classes divisae secundum ordinem temporum in Bibl. Migne, quarum aliae ad Sacrae Scripturae intelligentiam conferunt, aliae dogmaticae, vel morales vel asceticae sunt, aliae denique historicae, consolatoriae et familiares. Fuit Hieronymus acerrimo ingenio praeditus, sacrisque litteris assidue vacavit. Eum-

dem vero S. Augustinus et maximi fecit, et in difficillimis quaestionibus consuluit. Ed. praestantissimam curavit Vallarsius Veronae an. 1734-42. XI. T. in fol. recusam et ab ipso emendatam Veronae an. 1766-72.

S. Gaudentius Brix. (f. a. 387). Ipsius exstant *Tractatus 21*; decem priores sunt *sermones paschales habiti ad Neophytos;* alii quatuor de *diversis Capitulis Evangelii agunt,* alii *vero de argumentis variis.* Stylus ipsius elegans est, facilis et amoenus, doctrina vero et praecepta praeclara. Ed. opt. est P. Galeardi quae Patavii prod. an. 1720. in 4., recusa Aug. Vind. an. 1757 in 4.

Rufinus Aquileien. (f. a. 390). Opera eius primigenia sunt *Historiae Ecclesiasticae Libri duo-Historia Monachorum* seu *Liber de vitis Patrum* i. e. Monachorum Aegypti- *de Benedictionibus Patriarcharum Libri duo - Commentarius in Symbolum Apostolorum - - Apologia ad Anast. Pontif.* Plura vero opera ex lingua graeca in latinam transtulit, inter quae recenseri debet Eusebii Caesareensis historia in Libros novem contracta, in qua vertenda tanta libertate usus est, ut novum opus dici queat. Ex eo quod Rufinus iusto plus faveret Origeni, graves contentiones cum S. Hieronymo habuit. Ed. optima quae tamen ad finem perducta non est, prodiit Veronae an. 1745. f. T. I. continens *etiam opera spuria.*

S. Amphilochius Ep. Icon. (f. a. 391). Integra sola exstat eius *Epistola Synodica.* Caetera omnia dudum interciderunt ac nonnisi fragmenta supersunt, quae veteres nobis servarunt. Sunt vero eius opera dubia *Iambi ad Seleucum* et *Homiliae* aliquae, quae eius nomine circumferuntur.

Didymus Alex. (†. an. circ. 395 vel 399). Plurima elucubravit opera ex quibus supersunt *Libri 3. de Trinitate - Liber de Spiritu Sancto - L. adversus Manichaeos - Breves enarrationes in epistolas canonicas.* Multa fragmenta *Expositionis* eiusdem in *Acta Apostolorum* ex Catena quadam excerpta collegit I. C. Wolf in suis Anecdotis graecis. Didymum toto orbe doctrinae laude celebratum et scholae catecheticae in urbe Alexandrina praefectum, S. Hieronymus, Rufinus aliique summi illius aetatis viri, tamquam magistrum venerati sunt. Edit. Colon. Helmstad et in Bibl. PP.

S. Ioannes Chrysost. (f. a. 398). Eius opera sunt *Homiliae 67 in Genesim - Sermones 8. in Genesim. - Sermones 5. de Anna - Homiliae 3. de Davide et Saule - Expositiones seu Homiliae in Psalmos circiter 60. - Homiliae in illud Prophetae David:* « Ne timueris cum dives factus fueris etc. » Alia *in eumdem locum de eleemosyna - Homilia in magnam hebdomadam et in illud.* « Lauda anima mea etc. » - *Homiliae 2. de Prophetiarum obscuritate - Commentarius imperfectus in Isaiam - Homiliae 6. in illud* « Vidi

Dominum » (Is. c. 6.). *Homiliae 90. in Matthaeum* - *Homiliae* seu Conciones 7 *de Lazaro et divite* - *Homiliae 88. in Iohannem* - *Homiliae 55. in Acta Apostolorum* - *Homiliae 4. in Principium Actorum* - *Homiliae 4. de mutatione nominum* - *Homiliae 32. in Epistolam ad Romanos* - *Homiliae 44. in Epistolam I. ad Corinthios* - *Homiliae 30. in II. ad Corinthios* - *Homiliae 3. de legibus Connubii seu de matrimonio* - *Homiliae tres de verbis Apostoli:* « Habentes eumdem spiritum fidei etc. » *Commentarius in Ep. ad Galatas* - *Homiliae 24. in Epistolam ad Ephesios* - *Homiliae 15. in Ep. ad Philippenses* - *Homiliae 12. in Epist. ad Colossens.* - *Homiliae 11. in Epist. I. ad Thessalonicenses* - *Homiliae 5. in Epist. II. ad Thessalonicenses* - *Homiliae 18. in 1. ad Timotheum* - *Homiliae 10. in II ad Timotheum* -*Homiliae 6 in Epistolam ad Titum* - *Tres in Epist. ad Philemonem* - *Homiliae 34 in Epist. ad Hebraeos.* Item *Homiliae 8. adversus Iudaeos* - *Homiliae 12. contra Anomoeos* quae etiam inscribuntur *de Incomprehensibili* - *Homilia de resurrectione mortuorum* - *Homilia de Baptismo Christi et de Epiphania* - *Homiliae 2. de proditione Iudae* - *Homiliae 2. de Cruce et latrone* - *Homilia de Ascensione Domini* - *Homiliae 2. de S. Pentecoste* - *Homiliae de laudibus S. Pauli Apostoli* - *Homiliae de Sanctis nonnullis Vet. Testamenti* - *Homiliae in SS. Martyres*, quarum tres tantum supersunt - *Homiliae in diversos Sanctos Novi Testamenti* - *Homilia in laudem Diodori Episcopi Tarsensis* - *Homilia in laudem Theodosii Magni.* Praeterea reliquit *Catecheses duas ad illuminandos* - *Homilias 3. de diabolo tentatore* - *Homilias 9. de Poenitentia* - *Sermones 2. de consolatione mortis* - *Homilias 21. de Statuis ad populum Antiochenum habitas* - *Homilias aliquot de terrae motu* - *Homilias 6. in Oziam* (seu de Seraphinis) *Homilias in illud Isaiae:* « Ego Dominus Deus feci lumen. » *Homilias in illum Ieremiae locum:* « Domine non est in homine via eius. » *Interpretationem in Danielis Capit. 13.* - *Homilias in illud Ioannis:* « Filius ex se nihil facit. » - *Homiliam contra ludos et theatra* - *Homiliam in illud:* « Hoc autem scitote etc. » *Homiliam de perfecta charitate* - *Homiliam de continentia* - *Synopsim Scripturae Sacrae* - *Homiliam aliam in Natalem Christi diem* - *Homiliam de legislatore* - *Homiliam in illud* Matth: » In qua potestate haec facit etc. » Eius autem opera dogmatica sunt: *Demonstratio contra Iudaeos et Gentiles quod Christus sit Deus* - *Liber in S. Babylam contra Iulianum et contra Gentiles.* Opuscula Moralia vero recensentur: *Paraenesis ad Theodorum lapsum Libri 2.* - *Libri 2. de compunctione*: *De fato et provid. Orationes 6.* - *Orat. 2. de precatione* - *Libri 3. adversus oppugnatores vitae monasticae*, quibus ob materiae similitudinem iungi potest *opusculum de Comparatione regis et Monachi* - *Libri*

3. de Providentia Dei ad Stagirum Monachum - Libri 6. de Sacerdotio - Liber de virginitate - Tractatus 2. ad viduam iuniorem - Libri 2. contra eos qui subintroductas habent Virgines - Liber inscriptus qui seipsum non laedit, eum nemo laedere potest, seu quod nemo laeditur nisi a seipso - Liber ad eos qui scandalizati sunt ob adversitates - Dubia est *homilia in Davidem Regem et Paulum Apostolum de poenitentia et in varia dicta Psalmistae,* quae ad Christi finem pertinent, et quod *non debemus desperare de salute nostra* - Dubium pariter est *Prooemium in Psalmos.* Denique ab eo prodiere epistolae 238. quas omnes, una excepta, in ultimo exilio scripsit. Eclogae ex diversis homiliis Ioannis Chrysostomi concinnatae non quoad formam, sed quad substantiam illum auctorem habent. S. Ioannes Chrysostomus fuit vir ingenii incomparabilis atque universi orbis lumen et Doctor. Stylus eius perspicuus, splendidus et atticus est, eloquentia aurea Editio praestantissima est quam adornavit gr. et lat. B. de Montfaucon Paris. an. 1718-38. XIII Vol. in fol. recusa Venetiis an. 1734 - Paris. an. 1839 [1].

1 Inter alios viros qui hoc seculo Ecclesiam scriptis illustrarunt enumerandi sunt RHETICIUS EPISCOPUS AUGUSTODUNENSIS, (circa ann. 414) in Galliis celeberrimus, qui a S. Augustino inter Ecclesiae Patres refertur. Scripsit *Commentarios in Cantica Canticorum et Volumen adversus Novatianum,* sed ejus opera prorsus perierunt. — JUVENCUS, floruit circa annum 330: ex eius operibus duo hodie extant, scilicet, *Historiae Evangelicae libri quatuor,* in quibus hexametris versibus, vitam Iesu Christi poetice decribit. Hoc opus Gelasius Papa summis laudibus extollit et ferme operibus SS. Patrum exaequat: *Liber in Genesim,* quo versibus exprimit quaecumque Moyses in toto libro Geneseos enarravit. — EUSEBIUS VERCELLENSIS cuius hodie remanent *epistolae tres, Codex latinus.* Edidit etiam *Commentarios Eusebii Caesareensis,* quos de graeco in latinum verterat, haec autem versio aetatem non tulit. Extat denique ipsius *Expositio fidei de Ssma Trinitate* et *Symbolum* simile Athanasiano, quae opera recens detecta sunt. — MARIUS VICTORINUS scripsit *adversus Arium Libros quatuor* more dialectico, sed valde abscuros et caute legendos, quippe nonnulla ad regulam catholicam minus expensa exhibentes: *Opusculum de recipiendo,* quod non est nisi epitome praedictorum librorum: *Opusculum de generatione divini Verbi: Hymnos tres de Trinitate,* caute pariter legendos — *Libellos duos contra Manichaeos,* quorum alter *contra duo principia Manichaeorum et de vera carne Christi* inscribitur, alter vero agit de verbis Scripturae « Factum est vespere et mane dies unus » *Commentarios in Apostolum* seu in Epist. S. Pauli ad Galatas, ad Philippenses et ad Ephesios. Dubium est *opusculum de physicis,* seu adversus illos philosophos, qui argumentis physicis narrationem mosaicam et evangelicam de creatione mundi ex nihilo, de primo peccato, etc. impugnabant. HOSIUS CORDUBENSIS EP. scripsit *epist. ad Constantium* in qua eum monet, ne contra ius sese rebus ecclesiasticis immisceret. — EUSEBIUS EMESENUS († 368) qui *expositionem* dedit epistolae ad Galatas libris decem comprehensam; *Homilias in Evangelia;* et *Commentarium in Genesim,* ex quibus nonnisi fragmenta supersunt; opuscula nonnulla graeca, quae ipsius nomine exstant scilicet *Oratio de adventu et annuntiatione Ioannis Baptistae apud inferos; Oratio de proditione Iudae; Oratio in Parasceve* et fragmenta ex deperditis ejus operibus in unum collecta graece edita sunt a C. G. Augusti. Elberfeldi an. 1829. — ASTERIUS Amasiae in Ponto Episcopus multa scripsit, ex quibus hodie supersunt viginti circiter *homiliae,* quae exceptis *homilus adversus avaritiam, in festum Calendarum, de poenitentia, de ieiunio* ac *de divortio,* vel singulos quosdam locos Sacrae Scripturae expla-

SAECULO V.

—

S. Hilarius Arelaten. (f. a. 400). Opera eius sunt *Sermo de Vita S. Honorati praedecessoris sui* - *Epistola ad S. Eucherium* - *Sermo seu narratio de miraculo S. Genesii Martyris Arelatensis* - *Carmen in natali Machabaeorum Martyrum.* Alia plura eius opuscula temporum iniuria interciderunt - Disciplinae ecclesiasticae fuit strenuus vindex ac maximo ingenio polluit. Opera eius recusa sunt a Balleriniis in editione Operum S. Leonis.

Prudentius (f. a. 405). Scripsit *Libros 2. contra Symmachum* - *Apotheosim seu Librum de Divinitate* - *Hamartigeniam seu carmen de origine peccatorum* - *Cathemerinon seu Librum hymnorum quotidianorum* - *Peristephanon* et *Diptycon* seu *Enchiridion* (i. e. Manuale V. et N. Testamenti). Prudentius poetarum Christianorum optimus habetur. Ei debemus descriptionem cuiusdam basilicae, quae labentibus annis periit, et cultus quem christiani exhibebant SS. Martyribus.

Sulpitius Severus (f. a. 405). Ex eius scriptis habemus *duos Libros Historiae Sacrae* a mundo condito usque ad an. post Christum 400. - *Vitam S. Martini,* ac *de morte ac virtutibus eiusdem Sancti Epistolas tres;* denique tres etiam *Dialogos inter Gallum et Posthumianum habitos,* quorum primus de Monachorum Orientalium virtutibus et miraculis, reliqui duo de S. Martini virtutibus agunt. Ex multis eius *Epistolis, septem* circumferuntur Severi nomine inscriptae, quarum ultimae quatuor, suppositiae noscuntur. Editionem valde correctam dedit Hieronymus de Prato anno 1741.

nant, vel laudes Sanctorum praedicant. — TIMOTHEUS EP. ALEXANDRINUS († a. 385) praeter *historiam monachorum* hodie deperditam et *brevem epistolam ad Diodorum Tyri* Episcopum, quam Facundus asservavit, reliquit *responsa canonica*, quae Epistolis canonicis ss. Patrum inserta habentur, et varia dubia de ecclesiastica disciplina scite solvunt. — S. Macarius Senior († a. 290 nel 391). Sub ejus nomine circumferuntur *homiliae 50* et *opuscula septem ascetica*, quae tractant de cordis custodia, de perfectione spirituali, oratione, patientia etc. haud immerito tamen ob silentium veterum, et vestigia semipelagianismi illic obvia dubitatur, utrum S. Macarius, an iunior aliquis scriptor quem H. J. Floss Simeonem Metaphrastem esse contendit, illorum operum auctor sit. — Macarius Iunior († a. 395) cui tribuitur a nonnullis *Sermo de excessu iustorum et peccatorum*, quorsum scilicet eorum animae e corpore demigrent ac quomodo se habeant; et *S. Macarii Alexandrini abbatis Nitriensis Regula ad Monachos* cui adiecta est epistola monachis inscripta et egregiis sententiis referta. — Evagrius Ponticus (fl. a. 380). Ex eius operibus supersunt *Monachus* seu *de vita activa (liber practicus)*, quo in scripto egregia vitae sanctioris praecepta tradit; *Rerum monachalium rationes* quae undecim capitibus exhibent delineationem officiorum conditionis monasticae: *Libellus de octo vitiosis cogitationibus*; *Variae sententiae* breves, quae ad vitam spiritualem; ducunt *Sententiae ad eos, qui in coenobiis habitant* nec non *sententiae ad Virgines Deo sacratas*, in quibus Proverbia Salomonis imitatus est. Supersunt denique fragmenta ex aliis scriptis deperditis.

S. Isidorus Pelus. (f. a. 412). Ex eius operibus non supersunt hodie nisi 2000 circiter epistolae in quinque Libros distributae, quae elegantiam fere atticam ac summum ingenii acumen exhibent. Unica Ed. quae omnes complectatur prodiit Paris. 1638. - P. Possinus aliam Romae curavit 1670, quam inscripsit *Isidorianas collationes.*

Synesius Ep. Ptolemaidos (f. a. 412). Opera eius sunt *Oratio de Regno - Liber de dono ad Paeonium - Aegyptius* (sive) *L. de Providentia - L. de Insomniis - Liber de ipsius vitae instituto - Calvitii encomium - L. de Dione et Philostrato - L. Catastasis - Constitutio Sinesii - Sermo de dono Astrolabii - Epistolae 156. - Homiliae 2., hymni 10.* Synesius philosophicis studiis et humanioribus magis inclaruit, quam theologicis. Ed. praestantior prodiit Paris. 1612.

S. Cyrillus Alex. Ep. (f. a. 415). Ex eius scriptis supersunt Fragmenta in *Acta Apostolorum - Explanatio in Epist. ad Romanos* - Item *in Epist. I. ad Corinth. - in Epist. II. ad Corinthios - in Epist. ad Hebraeos - Fragmenta Comm. in Epist. B. Iacobi Apostoli,* item *in 12. Prophetas minores - In Epist. I. B. Petri - in Epist. II. B. Petri - in Epist. I. divi Ioannis - in Epist. Iudae - LL. XVII. de adoratione in Spiritu et Veritate - Glaphyra* seu Commentaria scita et elegantiora in loca selecta Pentateuchi - *Comm. in Isaiam* - Fragmenta *aliqua in Cantic. Moysis - in Cant. Annae - in Proverbia - in Cantica Cantic.* - Fragmenta *in Ieremiam Baruc et Danielem* - Fragmenta *Comm. in Matth. et Lucam - Comm. in Evang. Ioannis* - His addi debent *Thesaurus de Sancta et Consubstantiali Trinitate - de Trinitate Dialogi 7. - L. quod unus sit Christus - Scholia de Incarn. Unigeniti - L. de Incarn. Verbi Dei Filii Patris - L. adversus Nestorium - Explicatio 12. Capitum Ephesi pronuntiata - Apologeticus pro 12 capitibus. - Apologeticus contra Theodoretum - Apolog. ad Theodosium Imper. - adversus Iulianum LL. 10. - L. adversus Anthropomorphitas - de recta fide ad Theodosium - de recta fide ad reginas - de recta fide oratio altera - Sermo steliteuticus adversus Eunuchos - Sermo de obitu sanctorum trium puerorum, nec non sapientissimi Danielis - Epistolae 88. - Homiliae Paschales 30. - Homiliae diversae 17.* - Opera recenter detecta a Card. A. Maio sunt *Opusculum de Sma et vivifica Trinitate* (Nov. Collect. Script. Veter. Tom. VIII p. II. pag. 27); *De Incarnatione dominica* (ib. pag. 539) *adversus eos, qui B. Virginem nolebant Deiparam* (ibid. T. VII. p. I. pag. 306) *Dialogus cum Nestorio de Sma Virgine Deipara non christipara* (T. VIII. p. II pag. 132); Antiquissima *Versio latina* satis elegans homiliae XVII circa unitatem substantiae et diversitatem personarum, dudum a Iuniore Arnobio

facta (in Spic. Rom. Tom. V.); fragmenta aliarum homiliarum (Auct. class. ex Codd. Vatic, edit. Tom. X, et in nova Collect. Vet. Script.) *Conciunculae tres* de SS. martyribus Cyro et Ioanne (Spic. Rom. Tom. IV.) Opera dubia aut aliena sunt *Liber de S. Trinitate*, qui constat excerptis S. Ioannis Damasceni - *Dicta Veteris Testamenti et S. Scripturae interpretata anagogice*, seu breviori titulo *Collectanea – Homiliae 16. in Levitic. et homiliae 19 in Ieremiam*, quae in latinis editionibus huic S. Patri tribuuntur - *Liber adversus Iudaeos cum quaestionibus, et brevis anagoge de iis, qui floruerunt ante Legem – Apologi Morales – Catena in Marcum – Glossaria quaedam, poema iambicum de animalium et plantarum proprietate – Liturgia.* Fuit Cyrillus Ecclesiae defensor intrepidus, ut inquit Caelestinus, Doctor catholicus, vir apostolicus. Ed. plenissima latina prodiit Paris. 1605. II. Vol. fol. Graeco – latina vero Paris. 1638 VI. vol. in fol., cuius multas lectiones emendavit Cotelerius in Monum. Eccl.

S. Paulinus Nol. (f. a. 420). Supersunt ex eius scriptis *Epistolae et Poemata* seu Carmina 34. Dubia sunt *Passio S. Genesii, Arelatensis*, quae inter epistolas recensetur et esset ep. 52. et *Epistola ad Monachos.* Optima editio est illa, quam Muratorius adornavit Veronae 1730.

S. Maximus Taurinen. (f. a. 422). Omnia eius opera sunt orationes sacrae, variis tamen titulis inscriptae, neque pari omnes auctoritate genuinae. Sunt etiam *homiliae 118. Sermones 116. Tractatus 3. de Baptismo – Tract. contra Paganos - contra Iudaeos - Expositiones de Capitulis Evangeliorum.* Adeo egregie scripsit, ut Ecclesia eius opera cum magna reverentia legenda susceperit. Ed. praestans facta est iussu Pii VI. Romae 1784.

S. Proclus Ep. Cyzicenus (f. a. 426). Opera, quae supersunt sunt *Orationes 27* [1] quarum tamen nonnullae spuriae sunt, aliae saltem suspectae. [2] Huc pertinent *Sermones in festis Domini – Laudes Sanctorum - Tractatus de Traditione divinae Missae. Epistolae septem* hodie exstant quarum longe celeberrima est *Tomus* (seu Ep. de fide) *ad Armenos*, qua mysterium Incarnationis Domini exponitur.

Marius Mercator (f. a. 429). Scripsit *Commonitorium* adversus haeresim Pelagii et Caelestii – *Librum subnotationum in verba Iuliani*

1 Harum viginti duae in edit. Gallandii, quae ceteris melior est, habentur, *quinque* vero nuper ab A. Majo in Spic. Roman. Tom. IV. (Romae 1840) e Codd. antiquis erutae fuere.

2 Dubiae sunt Orat. *de Incarn. D. N. Jesu Christi* et *de infusoritis* item *Or. in Natalem diem D. N. Jesu Christi — Oratio altera in S. Stephanum* — Spuriae sunt *Laudatio Dei Genitricis Mariae* et *Oratio prior in S. Stephanum.*

– et *Commonitorium* de nomine Caelestii. Fuit strenuus gratiae defensor.

S. Augustinus (f. a. 429). Opera eius sunt *Libri 2. Retractationum – Confessionum Libri 13. - Libri 2. contra Academicos – Liber de beata vita - Libri 2. de ordine – Soliloquiorum LL. 2. - L. de immortalitate animae – L. de quantitate animae – L. de Magistro – Libri 6. de Musica* – Opera eius dogmatica enumerantur *L. de vera religione – L. de fide rerum, quae non videntur – L. de fide et Symbolo – Enchiridion ad Laurentium, seu Liber de fide, spe, et charitate* [1] *– L. de Agone Christiano – L. de fide et operibus – Libri 15. de Trinitate – Libri 2. de coniugiis adulterinis – L. de cura gerenda pro mortuis – De resurrectione mortuorum Tractatus 2.* – Eius opera dogmatico-polemica recensentur *Libri 22. de Civitate Dei – L. de divinatione daemonum – Tractatus adversus Iudaeos – L. de Haeresibus – L. de utilitate credendi – De moribus Ecclesiae Catholicae et de moribus Manichaeorum Libri 2. – De Genesi contra Manichaeos Libri 2. – L. contra Adimantum – Libri 33. contra Faustum Manichaeum – L. contra Epist. Manichaei*, quam vocant *Fundamenti – De actis cum Felice Manichaeo Libri 2. – L. de natura boni – de duabus animabus – Acta* seu *Disputatio contra Fortunatum Manichaeum – Libri 3. de libero arbitrio – L. contra Secundianum – Libri 2. contra Adversarium Legis et Prophetarum – L. ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas – Psalmus contra partem Donati*, dictus *Abecedarius. Contra Epistolam Parmeniani Libri 3. - Contra literas Petiliani libri 3. – Libri 4. contra Cresconium – Libri 7. de Baptismo – L. de unico Baptismo contra Petilianum – Epistola ad Catholicos contra Donatistas*, quae vulgo dicitur *L. de Unitate Ecclesiae – Breviculus Collationis cum Donatistis – L. ad Donatistas post collationem – Sermo ad Caesareensis Ecclesiae plebem L. de gestis cum Emerito – Libri 2. contra Gaudentium – Libri 4. de anima et eius origine – De peccatorum meritis et remissione Libri 3. – Liber de Spiritu et Litera* (i. e. de lege et gratia). *L. de natura et gratia – L. de perfectione iustitiae hominis*, seu epistola ad Eutropium et Paulum Episcopos. *L. de gestis Pelagii – Libri 2. de gratia Christi et de peccato originali – Libri 2. de nuptiis et concupiscentia – Contra duas epistolas Pelagianorum Libri 4. – Libri 6. contra Iulianum Pelagianum – Opus imperfectum contra Iulianum Pelagianum – L. de gratia et Libero arbitrio – de praedestinatione Sanctorum – L. de dono perseverantiae – L. contra Sermonem Arianorum – Collatio cum Maximino Arianorum Episcopo – L. 2. contra* (eumdem) *Maximinum Arianum.* Opera Augustini Exegetica sunt: *Libri 4. de*

1 Notis et assertionibus theologicis illustratum S. Augustini Enchiridion edidit I. Faure S. I. Romae 1755, recus. Neapoli 1847.

*doctrina Christiana - L. imperfectus de Genesi ad literam, et Libri 12. de Genesi ad Literam - Locutionum Libri 7. - Quaestionum in Heptateuchum (*seu in libros quinque Mosis, libros Iosue et Iudicum*) Libri 7. - Annotationes in Iob Liber unus - Enarrationes in Psalmos 150. - De consensu Evangelistarum Libri 4. - Quaestionum Evangeliorum Libri 2. - De Sermone Domini in monte secundum Matthaeum Libri 2. - Tractatus 124. in Ioannis Evangelium - Tractatus 10. in Epistolam* I. *Ioannis - Expositio quarumdam (84) Propositionum ex epistola ad Romanos - Epistolae ad Romanos Expositio incoata - Expositio Epistolae ad Galatas.* Scriptis dogmaticis ac exegeticis S. Augustini veluti appendix addi debent - *Libri diversarum quaestionum*, qui scilicet responsa complectuntur ad varias quaestiones. Huc pertinent *L. de diversis quaestionibus octoginta tribus - Libri 2. de diversis quaestionibus ad Simplicianum - L. de octo Dulcitii quaestionibus.* - Opera Moralia sunt *Speculum* (seu collectio praeceptorum moralium ex universa S. Scriptura concinnata). *- L. de Mendacio - L. contra Mendacium - L. de Patientia - L. de Continentia - L. de bono coniugali - L. de sancta Virginitate - L. de bono viduitatis,* seu epistola ad Iulianam viduam - *L. de Opere Monachorum - L. de catechizandis rudibus - Sermones quadringenti* circiter genuini habentur, alios recentiori aetate ex variis Codicibus erutos, typis vulgarunt nonnulli eruditi. Epistolae scriptae ante Episcopatum recensentur 30. Epistolae, quas Episcopus scripsit ante collationem Carthaginensem cum Donatistis habitam et ante detectam in Africa Pelagii haeresim sunt 123. Epistolae, quas dedit reliquo vitae tempore 231 numerantur. Epistolae denique, quarum tempus minus compertum est, ad N. 269 adscendunt. S. Augustinus maximus orbis catholici magister et validissimus malleus haereticorum, fuit ingenii incomparabilis, tantaque doctrinae copia polluit, ut nemo Ecclesiae catholicae dogmata ipso profundius pertractaverit atque illustraverit. Hinc complura Ecclesiae Concilia, ut olim Synodus Arausicana et novissime Concilium Tridentinum, in efformandis edendisque canonibus atque decretis, ipsa S. Doctoris verba frequenter adhibuerunt. [1]

Salvianus (fl. a. c. 430). Scripsit libros octo de *gubernatione Dei - Libros quatuor adversus avaritiam - Epistolas variias, quarum novem* hodie supersunt. Eius opera stylo perquam eleganti conscripta sunt. Ed. optima Paris. 1663.

Ioannes Cassianus (f. a. 430). Litteris consignavit *Libros septem*

1 In perlegendis Augustini operibus incipiendum est a *Libro Confessionum* et a *libris Retract.* ex his enim patet, quo temporis ordine quodlibet opus fuerit ab ipso exaratum. Editio omnium optima concinnata est Parisiis a Monachis S. Benedicti ex Congr. S. Mauri anno 1679 XI Tom. fol.

de Incarnatione Domini (adversus Nestorium) - *Libros duodecim de institutis Coenobiorum* - *Collationes 24.* quarum praesertim undecima caute legenda est, cum in ea vexillum semipelagianismi erigatur.

S. Vincentius Lirinen. (f. a. 431). Scripsit *Commonitoria duo* adversus haereticos; secundum fere totum periit; nam ex eo, dempta postrema particula h. e. recapitulatione, nihil remanet; alterum vero perenne est contra omnes haereses antiquas, novas et futuras monumentum. Ed. opt. est Baluzii Paris. an. 1663 iterum an. 1669 ac emendatius an. 1684, recusa Cantabrigiae an. 1687, Bremae 1688. Venet. 1728.

S. Nilus (f. a. 432). Opera eius sunt *Peristeria* (seu Tractatus de virtutibus excolendis et vitiis fugiendis) - *Tractatus de Oratione* - *Tractatus de octo Spiritibus malitiae* - *Tractatus ad Eulogium* (de vitiis quae, opposita sunt virtutibus). *Tractatus de malignis cogitationibus* - *Sermo in effatum illud Evangelii.* - Nunc qui habet sacculum etc. - *Narratio de caede Monachorum in Monte Sinai* - *Oratio in Albianum* - *Tractatus de monastica exercitatione.* - *Tractatus ad Magnam de voluntaria paupertate.* - *Tractatus de Monachorum praestantia* - *Tractatus ad Eulogium monachum* - *Sententiae seu admonitiones* quae fere 200 egregias veritates morales et asceticas breviter et ingeniose enuntiant - *Quamplurimae epistolae partim dogmaticae, partim morales et asceticae.* Supersunt etiam fragmenta aliqua ex aliis sermonibus et homiliis. In Concilio Nicaeno II Sanctus et egregius Pater vocatus est, in suis scriptis non tam dogmata fidei, quam morum doctrinam exposuit, eius opera plena sunt robore ac sententiis referta.

S. Petrus Chrysologus Ep. Raven. (f. a. 433). Eius nomine circumferuntur *Sermones 176.*, quorum nonnulli suppositii iudicantur, alii vero ob styli discrepantiam dubii videntur; ita ut nonnisi 160 circiter genuini supersint. Ita ipsi abiudicantur *Sermo* 53. 107. 129. 130. 149. Plus minus dubii sunt *sermo* 50. 129. 135. 136. 143. ac praeterea *sermo* 147. 148. 152. 158. Cf. Sebast. Pauli Censuram Sermonum S. Petri Chrysol. in fronte edit. ab ipso adornatae et C. Oudin T. I. col. 1252. In Sermonibus S. Petri Chrysol. frequentissime tractantur varia loca ex Evangeliis, Psalmi explicantur aliqui, commendantur charitas, eleemosyna, oratio, ieiunium; magnum peccati remedium poenitentia suadetur, et mortis timor inanis ostenditur. Ex eius vero epistolis hodie una superest ad *Eutychem* haereticum, quae plena reperitur in Ed. D. Mitae et Seb. Pauli Ven. 1760. recusa Aug. Vindelic. an. 1758 fol.

Theodoretus Ep. Cyrens. (f. a. 434). Eius opera exegetica sunt *Quaestiones in Octateucum* (i. e. in V. Libros Mosis, in Lib. Iosue,

Iudicum et Ruth.) - *Quaestiones in libros Regum et Paralipomenon - Interpretatio in 150. Psalmos - Interpretatio in Cantica Canticorum - Comm. in omnes Prophetas Maiores et Minores - Interpretatio Epistolarum S. Pauli.* Opera historica recensentur: *Historiae Ecclesiasticae Libri V.* ab arianae haereseos initio (a. 324) usque ad obitum Theodori Mopsuesteni (a. 428) - *Historia religiosa - Haereticarum fabularum Compendium.* Opera dogmatica sunt: *Eranistes* seu *Polymorphus* (contra Eutichianos) - *De Providentia orationes X. Graecarum affectionum curatio - Libellus contra Nestorium. L. De Trinitate - Reprehensio 12. Capitum* seu *Anathematismorum Cyrilli* - Tandem supersunt *Epistolae 181.* Theodoreti scripta, quibus Nestorium ac Theodorum Mopsuestenum defendebat ac S. Cyrillum et Synodum Ephesynam impugnabat, ab Ecclesia Catholica solemni iudicio reprobata sunt - Inter eius opera dubia est *Sermo* seu *Encomium in nativitatem Ioannis Baptistae.* Theodoretus magni meriti et nominis scriptor semper est habitus. Stylus eius perspicuus nec iucunditatis expers est ac sensibus abundans. Ed. praestans facta est Alcae an. 1769.

S. Prosper Aquitan. (f. a. 430). Pars potior operum S. Prosperi dogmatici est argumenti, reliqua moralia, exegetica et historica. Opera dogmatica sunt - *Epistolae duae, una ad Augustinum, altera ad Rufinum,* quibus semipelagiana haeresis orta ex Pelagiana partim ostenditur, partim revincitur. *Responsiones pro Augustino ad Capitula obiectionum Gallorum calumniantium. - Responsiones pro Augustini doctrina ad Capitula obiectionum Vincentianarum. - Responsiones pro Augustino ad excerpta Genuensium*, (seu quae de Genuensi civitate sunt missa) - *Liber contra Collatorem* (i. e. collationum auctorem Cassianum) qui directus est proprie contra Collationem XIII. ac unam potissimum veritatem adstruit, nempe initium fidei et bonae voluntatis ex gratia esse. *Carmen de Ingratis* (i. e. de Pelagianis et Semipelagianis). - Opera moralia sunt: *Liber sententiarum ex operibus S. Augustini delibatarum - Liber Epigrammatum ex sententiis S. Augustini - Expositio Psalmorum a 100 ad 150 - Chronicon integrum* (ab orbe condito usque ad sua tempora). Communius eidem adscribuntur - *Libri duo de vocatione gentium:* [1] *Epistola ad Demetriadem - Capitula*, seu *praeteritorum Sedis Apostolicae Episcoporum auctoritates de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio.* Dubia pariter censetur *Confessio*, quae dicitur Prosperi

1 Hi duo libri c. a. 440 aut 460 conscripti, de mutua relatione gratiae et liberi arbitrii fuse et catholice agunt contra Pelagianos et Semipelagianos, eam potissimum quaestionem tractantes, quomodo Deus velit omnes homines salvos fieri, et cur, ea stante veritate, non omnes gentes ad fidei veritatem sint vocatae, nec omnes revera salventur.

Aquitani, *Poema Coniugis ad uxorem*, et *Carmen de providentia*. Fuit ipse poeta elegans, orator eloquens, Theologus profundus, defensor Augustini studiosus. Praestantissima Ed. prodiit Paris. an. 1711. recusa Venet. an. 1741. 1782 in 4.

S. Leo Magnus (f. a. 440). Ex eius scriptis supersunt *Sermones 96 de Mysteriis Domini - de Sanctis - de Quadragesima et ieiunio diversorum temporum - de Collectis et eleemosynis* etc. *Epistolae vero 173* hodie exstant, quarum complures in linguam graecam olim translatae sunt. In his potissimum agit de observandis Ecclesiae legibus, de hierarchia, de Clericorum conversatione ac de sacramentis. Fuit in ipso doctrinae excellentia mirabilis, ingenii amoenitas, iudicii firmitas, animi fortitudo. Stylus elegans et facundus est. Editio omnium praestantissima est, quam adornarunt FF. Balerini Venet. 1753.

S. Basilius Seleucen. (f. a. 448). Exstant Basilii *Orationes 41 in Veteri et Novo Testamento - Libri 2 de vita et miraculis S. Theclae.*

S. Eucherius Ep. Lugdun. († 450). Scripsit *Libros 2. Instructionum ad Salonium.* Lib. 1. *Formularum spiritualis intelligentiae* [1]. *Epistolam paraeneticam ad Valerianum de contemptu mundi et saecularis philosophiae - Libellum de laude Eremi ad S. Hilarium - Historiam passionis S. Mauritii et Sociorum.* Inter eius Opera dubia recenseri debent *Homiliae aliquae - Exhortatio ad Monachos duplex - Epistolae duae, una ad Faustum, alia ad Philonem.*

S. Nicetas Aquilei. Ep. (f. a. 450) Ex eius scriptis supersunt *Explanatio symboli habita ad Competentes - De ratione fidei allocutio - De Spiritus Sancti potentia Tractatus - Tractatus de diversis appellationibus D. N. Iesu Christo convenientibus.* Doctrina eius pura et integra est, stylus simplex et nitidus, dictio brevis et perspicua.

Arnobius Iun. (fl. a. c. 460). Ei tribuuntur, *Conflictus de Deo uno et trino cum Serapione - Comm. in Psalmos - Adnotationes in quaedam Evang. loca.*

Faustus Reiens. (f. a. 470). Plurimos scripsit sermones, quorum tantum 11 aetatem tulerunt, inter quos insignis est ille *de S. Maximo eius praedecessore.* Scripsit etiam complures epistolas variis erroribus respersas, ac duos libros *de gratia Dei et humanae mentis libero arbitrio*, quos utpote semipelagiani erroris plenos, monachi Scytae damnarunt, unde merito sententia damnationis in scripta Fausti lata est a S. P. Gelasio I.

1 Hoc opus sincerum absque additamentis posterioris manus legitur in Cod. Sessoriano saeculi circiter 7, prout testatur Card. A. Maius in Spic. Rom.

Apollinaris Sidonius (f. a. 475). Opera eius, quae nunc extant sunt: *Epistolarum libri novem - Carmina 24.*

Vigilius Taps. Ep. (f. a. 483). Scripsit *Libros quinque contra Eutychetem - Dialogum contra Arianos.* Dubiae vero sunt auctoritatis caetera opera eidem adscripta, seu *Libri 12 de Trinitate - L. 1. de unitate contra Palladium Arianum - Libri tres contra Marivadum - Altercatio cum Pascentio Ariano.*

S. Gelasius P. R. (492). Praeter Epistolas et tractatus varios *librum de duabus naturis in Christo adversus Eutychen et Nestorium* scripsisse perhibetur. *Sacramentarium* vero, quod vocatur *Gelasianum* sive Codex Sacramentorum Romanae Ecclesiae a S. Gelasio I Papa ut videtur, concinnatum, est ordo liturgicarum orationum per cursum totius anni iam a primis saeculis in romana Ecclesia usitatus, quem Gelasius in meliorem digessit ordinem.

Gennadius Ep. Constantinopolitanus (f. a. 495). Exstat *epistola eius encyclica adversus simoniam*, Synodi Constantinopolitanae nomine scripta. Exstant praeterea ipsius multa exegetica fragmenta, Comment. in V. et N. Testamentum et fragmenta aliqua dogmatica. [1]

1 Hujus etiam saeculi sunt uterque Palladius. Primus ignotae cujusdam civitatis, scripsit *Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi*, cujus familiaris erat; alter vero Episcopus Helenopolitanus edidit *historiam Lausianam*, (sic dictam a Lauso in aula imperiali Cubicolario, cui eam nuncupavit) in qua describit vitas celeberrimorum Orientis et Aegypti monachorum et eremitarum. Paulus Orosius edidit *Libros 7 Historiarum usque* ad annum aerae vulg. 416 — *Apologeticum*, qui *de arbitrii libertate* inscribitur contra Pelagianos. — *Commonitorium contra Priscillianistas et Origenistas.* Possidius Calamensis Ep. *vitam S. Augustini* cujus fuerat discipulus et familiaris elucubravit. — Socrates Constantinopolinus dedit *Historiam Eccles.* ab anno 306 usque ad annum 439. — Hermias Sozomenus scripsit *historiae ecclesiasticae Libros 9* ab anno 323 usque ad annum 439. — Sedulius edidit *Carmen Paschale*, seu *Mirabilium libros 5*, versibus heroicis, cum praefatione prosaica ad Macedonium Abbatem, in quo opere postquam praecipua quaedam Veteris Testamenti facta retulit, vitam, passionem, mortem, resurrectionem et ascensionem D. N. Jesu Christi pulchre describit. Ab eo pariter prodiit *Collatio Vet. et Novi Testamenti* (Hymnus I). — *Acrostichis* vitam Christi continens, (Hymnus II). Salonius Ep. Genevensis, cujus nomine exstat hodie *Brevis Explicatio mystica in Parabolas Salomonis* (seu Dialogi duo, unus in Proverbia, alter in Ecclesiasten). Claudianus Mamertus complura exaravit opera, inter quae eminent *De statu animae libri tres* contra Faustum Rejensem, qui asseruerat animam hominis non esse incorpoream; cum nihil sit incorporeum praeter solum Deum. Hanc sententiam erroneam adeo subtiliter destruit Mamertus, ut ipse in alium quemdam oppositum labatur errorem, angelis etiam corpora tribuens. Sunt qui Claudiano hymnum « Pange lingua gloriosi proelium certaminis » adscribant, quem tamen alii Venantio Fortunato vindicant. Eugenius Ep. Carthaginien. scripsit *Professionem fidei catholicorum Episcoporum.* Leontius Bizantinus professione scholasticus, oppositas Nestorianorum et Eutychianorum haereses debellavit. Scripta ejus sunt *Scholia* seu *Liber de sectis* in decem lectiones distributus. Ibi praemittit fidei professionem et canonem S. Scripturae, adjungens conspectum praecipuarum de Trinitate et Incarnatione haereseon, recenset Patres atque Doctores, objectiones Eutychianorum destruit. Ab eo etiam prodiere *Libri tres contra Nestorianos* et *Eutychianos* — *Libri 7 contra Nestorianos* — *Liber contra Monophysitas* seu quaestiones adversus eos, qui unam dicunt naturam compositam

SAECULO VI.

S. Avitus Viennen. (f. a. 502). Supersunt ex operibus eius *Epistolae 88*, quarum si demas sex alieno nomine ab ipso scriptas, nonnisi 82 remanent. quarum aliae dogmaticae sunt, aliae ad illustrandam S. Scripturam faciunt, aliae vero ad disciplinam Ecclesiae pertinent - *Libri quinque Poematum de Mosaicae historiae gestis* - *Poema de consolatoria laude castitatis ad Fuscinam sororem* - *Homilia de Rogationibus*, (in qua exponit unde consuetudo rogationum dimanaverit). Exstant etiam fragmenta variorum opuscolorum et fragmenta *Libri de Divinitate Sp. Sancti et Sermo de Feria tertia in Rogationibus.* Fuit vir eruditione et eloquentia praestans, qui haereticos errores mira virtute oppressit. Editio optima prodiit Paris. an. 1643 in 8. auctius recusa ibid. an. 1696.

Caesarius Ep. Arelaten (f. a. 502). Scripsit *sermones* circiter 150, qui vel ad scripturam explicandam, vel ad mores formandos diriguntur - *Epistolas tres* (ad vitam monasticam pertinentes), *Regulas duas, unam ad Virgines sacras*, alteram *ad Monachos.* Denique scripsit *Testamentum*, quod formam epistolae ad successorem datae prae se fert, et quo piam curam subditorum ac praesertim monasterii a se conditi commendat. Doctrina Caesarii purissima est, et ad mores efformandos aptissima. Nulla extat Editio, quae omnia eius opera complectatur.

Boethius (f. a. 510). Ipsius opera sacra sunt: *Brevis fidei christianae complexio* (seu confessio fidei). *Liber quomodo Trinitas unus Deus ac non tres Dii* (Tractatus brevissimus) *Utrum Pater et Filius ac Spiritus Sanctus de divinitate substantialiter praedicentur* - *Liber de persona et duabus naturis contra Eutychen et Nestorium* (Tractatus brevissimus): Liber inscriptus *Quomodo substantiae in eo quod sint, bonae sint, cum non sint substantialia bona*, (seu) *an omne quod est, bonum sit.* Is doctrinam catholicam argumentis rationis fide illustratae confirmat, ita ut scholasticis facem praetulisse videatur. Ed. Basileae an. 1570.

S. Fulgentius Rusp. (f. a. 510). Opera eius dogmatica sunt: *Libri tres ad Monimum* - *Libri tres ad Trasimundum regem Vandalorum* - *Epistolae 18* - *Ad-Felicem Notarium de Trin. Liber unus* - *Contra sermonem Fastidiosi Ariani ad Victorem Liber unus* -

D. N. Jesu Christi. — *Capitula 30 contra Severum Monophysitam*, *Liber solutionis argumentorum a Severo objectorum* — *Liber contra fraudes Apollinaristarum.* Supersunt denique nonnulla fragmenta ab A. Majo detecta (Collect. Nova Vet. Scriptorum T. VII.). Philostorgius patria Cappadox et religione arianus, contexuit *Historiae Eccl. Libros 12* ab origine arianae haereseos, usque ad anuum 425.

De remissione peccatorum ad Euthymium Libri duo - De Incarnatione filii Dei et vilium animalium auctore ad Scarilam Lib. unus - de veritate praedestinationis et gratiae Dei ad Ioannem et Venerium Lib. 3. - De Fide seu de regula verae fidei ad Petrum Lib. 1. - Pro fide catholica adversus Pintam L. unus (Sermones 2 e vatic. Codice descripti recens prodiere, quorum primus vix dubitari potest ipsius esse, alterius alter auctor esse videtur) - *Ad Episcopum Arianum L. 1. Sermones 10*: - supersunt etiam *Fragmenta operis contra Fabianum*. Fulgentius habebatur sui saeculi Augustinus, ac teste Isidoro Hispalensi, fuit in confessione fidei clarus, in scripturis divinis copiose eruditus, in loquendo dulcis, in docendo ac disserendo subtilis. Editio praestantissima prodiit Pariis. an. 1684 in 4. recusa Venetiis 1742 fol.

S. Ennodius Tic. (f. a. 512). Ipsius habentur: *Libri 9 Epistolarum ad familiares - Opuscula decem* (quae plerumque res sacras tractant, inter opuscula principem locum tenet libellus apologeticus pro Synodo palmari). Dictiones 29 sunt aut sacrae aut scholasticae, aut controversiae aut ethicae. Carminum seu poematum *libri duo* circumferuntur. Stylus obscurus est, sed antiquae elegantiae speciem praesefert. Optima Ed. est facta Paris. an. 1611. in 8.

Dionysius Exiguus († a. 540). Eius opera sunt: *Epistola S. Cyrilli a Dionysio translata - Epistolae duae de ratione Paschae - Codex Canonum Ecclesiae universae - Codex Canonum Ecclesiasticorum* sive codex canonum vetus Ecclesiae Romanae - *Collectio decretorum Pontificum Romanorum - Translatio libri S. Gregorii Nysseni de opificio hominis - Interpretatio Epistolae S. Procli ad Armenos - Historia inventionis capitis S. Ioannis Baptistae ab ipso latine reddita - Cyclus Paschalis.* Opera eius in unum collecta numquam prodiere.

Facundus Ep. Hermian. (fl. c. a. 545). Scripsit libros *12 pro defensione trium Capitulorum - Unum contra Mucianum scholasticum et Epistolam fidei catholicae in defensione trium Capitulorum*. Fuit vir eruditissimus et Synodi Chalcedonensis auctoritatem strenue defendit.

Venantius Fortunatus (f. a. 560). Opera eius sunt: *Carmina libri undecim* (his tamen carminibus intermixtae sunt prosae quaedam) *Libri quatuor de vita S. Martini - Libelli singulares* (tres itidem poetici ex persona S. Radegundis compositi sunt) *Vitae aliquae Sanctorum*. Ed. Moguntiae an. 1603. et an. 1617, praestantissima vero facta est Romae an. 1786.

Cassiodorus († a. c. 562). Ab ipso prodiere - *Variarum* (epistolarum) *Libri 12. Historia tripartita - Chronicon - Computus paschalis - Expositio in Psalterium - Expositio in Canticum - De*

institutione divinarum litterarum L. I. - *Liber de artibus et disciplinis liberalium literarum* - *Commentarium de oratione et de octo partibus orationis.* - *De orthographia* - *De anima* - *Complexiones in Epistolas Apostolorum, in Actus et Apocalypsim.* Ed. opt. prodiit Rothomagi 1679. II. T. in fol.

S. Gregorius Turonen. (f. a. 573). Scripsit libros decem *Historiae Ecclesiasticae Francorum* - *Miraculorum Martyrum Lib. 2* - *Librum de gloria Confessorum* - *De Miraculis S. Martini Libros 4* - *Vitas Patrum* - Exstant etiam ipsius *Fragmenta Commentarii in Psalmos et Liber de cultu stellarum.* Dubius videtur *Liber Miraculorum S. Andreae Apostoli.* Quamvis sermo eius simplex sit, res tamen gestas singulari ingenuitate et nativa eloquentia describit. Ed. optima est Theoderici Ruinart ex Cong. S. Mauri Paris. 1699.

S. Eulogius Patr. Alex. (f. a c. 581). Plura scripsit opera quae memorantur apud Photium ex quibus supersunt *Capita* seu *theses septem de duabus naturis D. N. Iesu Christi* - *Sermo in diem festum Palmarum* quod opus alii S. Cyrillo Alex. adscribunt - Fragmentum ex libro de *Trinitate* et *Incarnatione* et alia fragmenta. Videsis A. Maji Nov. Collect. Vet. Script. Tom. VII.

S. Gregorius Magnus (f. a. 590) Opera eius propria et certa sunt: *Moralia* seu *expositio in Iob*, quae libris 35 absolvuntur - *Homiliae 22 in Ezechielem* - *Homiliae 40 in Evangelia* - *Liber regulae pastoralis* - *Dialogorum Libri quatuor* - *Epistolae 880 circiter.* Alia opera sunt: *Expositio in Lib. 1. Regum*, quod opus fuit interpolatum a Claudio eius discipulo. *Expositio vero in Cantica Canticorum* - *Expositio in septem psalmos poenitentiales, et Concordia quorumdam testimoniorum S. Scripturae* dubia sunt. Habentur etiam nonnulla opera liturgica ab ipso nonnihil emendata ac meliori ordine digesta. - Isidorus Hispalensis de eo scripsit: « Tanto per gratiam S. Spiritus, scientiae lumine praeditus, ut non modo illi praesentium temporum quisquam Doctorum, sed nec in praeteritis, illi par fuerit umquam. » Praestantissimam editionem adornarunt PP. Maurini Paris. an. 1705, IV Vol. f.

S. Ioannes Climacus († a. c. 598). Scripsit *Scalam Paradisi*, qua ostendit rationem soli Deo adhaerendi evitandique omnia, quae animum a sancto proposito retrahere possint, et *Librum* seu *Epistolam ad Pastorem*, quae est veluti appendix operis praecedentis coenobiique praefectum in munere gerendo instruit. Doctrina auctoris ubique catholica, sensa sublimia, dictio nervosa, sed ob nimiam brevitatem saepe obscura. Edidit omnia opera M. Raderus S. I. Paris 1633. [1]

1 Hoc etiam seculo floruere, Epiphanius Scholasticus (a. 510) qui dedit *Codicem encyclicum* seu *Syntagma* epistolarum pro Concilio Chalced. — Fulgentius Ferrandus, qui scripsit *Breviationem canonum Ecclesiae Africanae* - *Paraeneti-*

SAECULO VII.

S. Isidorus Hisp. (f. a. 601). Eius opera sunt: *Originum seu Etymologiarum Libri XX.* - *De differentiis* seu de proprietate verborum *Lib. 1* - *Glossae* - *Chronicon ab origine mundi ad annum 627 p. X.* - *Historia de regibus Gothorum, Wandalorum et Svevorum* - *L. de viris illustribus* - *De ortu et obitu Patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur* - *Carmina aliqua* - *De rerum natura Lib.* - *Mysticorum expositiones sacramentorum, seu quaestiones in V. Test.* - *Allegoriae quaedam S. Scripturae* - *Sententiarum Libri 3* - *Contra Iudaeos Lib. 2* - *De ecclesiasticis officiis Libri 2* - *Regula Monachorum* - *Synonimorum Lib. 2* - *L. de conflictu vitiorum et virtutum* - *Epistolae ad diversos 13* - *Liber de contemptu mundi* - *Lib. de regula vitae:* Quoad ultima quatuor Opera iure dubitatur utrum ipse sit auctor. Isidorus disputatione contra haereticos ac Synodorum celebratione fidem in Hispania valde promovit, hinc Concilium Toletanum VIII ipsum appellat saeculi sui Doctorem egregium, atque Ecclesiae Catholicae decus.

S. Maximus Abbas. (f. a 645). Ab eo exstant *Quaestiones ad Thalasium de Scriptura Sacra* - *Quaestiones, interrogationes et responsiones diversorumque difficiliorum Capitum Electa* - *Expositio in Psalm. LIX.* - *Orationis Dominicae Expositio* - *Liber asceticus* - *Capita de Charitate* et aliis virtutibus - *Capita Theologiae et Oeconomiae* - *Excerptum ex opere LXIII. Dubiorum.* - *Opuscula Theologica cum — Vitam S. Fulgentii* et *Epistolas sex*, ex quibus illam ad Eugyppium presbyterum de essentia Trinitatis adversus Arianos, integram protulit A. Majus in Script. Veter. Nova Collect. T. III. P. II. — Primasius Ep. Adrum. (a. 556) exaravit *Commentarium in epp. S. Pauli et in Apocalypsim.* — Joannes Scholasticus († a. 578) edidit *Collectionem canonum Nomo - canonem, Capita ecclesiastica.* — Eugyppius Abb. Afric. (a c. 510) concinnavit *Thesaurum ex sententiis S. Augustini* et *vitam S. Severini Noricorum Apostoli.* — Liberatus Diac. Carthag. *Breviarium* dedit *Causae Nestorianorum et Eutychianorum.* — Martinus Ep. Bracaren. († a. 580) edidit *Collectionem canonum, Sententias Patrum Aegyptiorum, Formulam honestae vitae.* — Evagrius Scholasticus (a. 594) dedit *Historiam Ecclesiae* ab anno 431 usque ad annum 594. — S. Leander Ep. Hispalen († 595) fuit auctor *libelli ad Florentinam sororem de institutione Virginum et de contemptu mundi* et *Homiliae de triumpho Ecclesiae ob conversionem Gothorum.* — Anastasius Antioch. (561) reliquit plures *sermones*, quorum tamen *unus ad Antiochenos de pace*, ineditus servatur in Bibliot. Caesarea Vindobon. Cod. philol. graec. n. 74 fol. 203, 6. — Anastasius Iunior et ipse Patriarca Antioch. (a. 598). *Regulam pastoralem S. Gregorii Magni* in graecam linguam transtulit, quae tamen versio iamdudum intercidit. — Anastasius Sinaita cujus nomine supersunt *Hodegon* seu *Dux viae* adversus Acephalos seu Monophysitas. — *Quaestiones* et *Responsiones 154* de *variis argumentis, Contemplationes anagogicae* in *Hexaemeron* Libris 12 comprehensae. *Sermones tres de hominis creatione a Deo ad imaginem et similitudinem suam*, qui ex Codd. mss. partim recusi ac in fine Serm. III, suppleti leguntur in A. Maji Collect. Nova Veter. Script. T. VII, P. I. pag. 193.

et polemica ad Marinum - Disputatio cum Pyrrho - Opusculum de anima - Epistolae 45 - De S. Trinitate dialogi tres - Mystagogia - Loci communes - Ambiguorum Liber, sive de variis difficillimis locis S. Dionysii Areopagitae et Gregorii (Theologi) - *Hymni tres* - Fuit ipse Theologus sua aetate insignis.

S. Idelfonsus Toletanus (f. a. 657). Ex eius operibus supersunt *Lib. de virginitate perpetua S. Mariae adversus tres infideles - De Cognitione Baptismi - de itinere deserti quo pergitur post Baptismum - Lib. de viris illustribus - Epistolae* - Opera eius dubia sunt *Lib. de partu Virginis - Fragmentum de eodem - Sermones 14.*

Ven. Beda (f. a. 691). Opera eius genuina sunt: *De Orthographia L. I. L. De arte Metrica - De schemat. et tropis S. Scripturae - De natura rerum - De temporibus - De ratione temporum - De ratione Computi - De celebratione Paschae - De ordine feriarum paschalium - De tonitruis.* Opera Exegetica recensentur - *Exaëmeron* seu Libri 4 in primo Genesis usque ad nativitatem Isaac et electionem Ismaelis - *Commentarii in Pentateachum - De tabernaculo et Vasis eius ac vestibus sacerdotalibus Libri 3. - Expositiones allegoricae in Samuelem Prophetam L. 4. - In Libros Regum Quaest. 30. - Liber de Templo Salomonis - In Esdram et Nehemiam allegoricae expositionis Libri 3. - Interpretatio in Lib. Tobiae - Expositio in parabolas Salomonis - Libellus de muliere forti - In proverbia Salomonis interpretationis fragmenta - Expositionis in Cantica Cantic. Lib. 7. - Expositio in Canticum Abacuc. Expositio in Evang. Matthaei - Item Marci - item Lucae - item Iohannis - item in Actus Apostolorum - De nominibus locorum vel civitatum quae leguntur in Libro Actuum - Expositio in Epist. Catholicas - In Epist. S. Iacobi - In epist. I. S. Petri - In epist. II. eiusdem - In epist. I. S. Petri - In epist. II. eiusdem - In epist. I. S. Iohannis - In epist. II. eiusdem - In epist. III. eiusdem - In Epist. Iudae - Explanatio Apocalypsis.* Opera Paraenetica - *Homiliae genuinae 24. quae recensentur in Bibliotheca Migne - Subdititiae 109.* Opera Ascetica. *Libellus precum - De officiis Libellus ex quorumdam Patrum dictis excerptus - Excerptiones Patrum - Collectanea* (seu) *flores ex diversis - Quaestiones et parabolae - De meditatione passionis Christi per 7. diei horas - De remediis peccatorum.* Carmina sunt *Vita metrica S. Cutheberti Lindisfarnensis Episcopi - Passio S. Iustini Martyris - Martyrologium poeticum - Hymni 13. - Epistolae 16.* - Opera Historica. *Vita Sanctorum Abbatum Monasterii in Wiramutha et Girvum, Benedicti Ceolfridi Easternini, Ligfridi et Huetberti - Vita prosaica S. Cuthberti Lindisfarnensis Episcopi - Vita B. Felicis Conf. - Martyrologia.* Scripsit etiam Libellum de locis sanctis, abbreviando opuscula maiorum. Ob doctrinae et virtutum merita Venerabilis dictus

est. Eius stylus clarus et facilis est, nec elegans tamen nec sublimis.

Ad hoc seculum pertinent etiam PATERIUS, qui scripsit *LL. 4 Explicationum in omnes utr. Testam. Libros*; sed primus tantum exstat genuinus. — HESYCHIUS EP. HIEROSOL. († 609) qui dedit *Explanationes* in *Leviticum et Prophetas* minores, *Centurias duas Sententiarum de virtute, Sermones et orationes* aliquot. — ANTIOCHUS MON. PALAESTINUS (c. a. 614) a quo prodiit *Pandecten divinae Scripturae*, seu compendium religionis christianae. — S. SOPHRONIUS PATR. HIEROSOLYM. (629) qui scripsit *Epistolam Encyclicam* instar voluminis contra Cyri haeresin. — IOANNES MOSCHUS (c. a. 630) scripsit *Pratum spirituale* seu Tractatum de vitis Patrum. — Georgius Pisides (c. a. 640) auctor operis inscripti *Cosmopaeiam* seu carminis in Hexamëron et praeterea dedit aliud *carmen de vanitate vitae humanae*. THALASSIUS edidit *Centurias quatuor Sententiarum de sincera charitate, vitae continentia et mentis regimine*. IOHANNES EP. DARENSIS auctor *Comm. in Hierarchiam caelestem et ecclesiasticam*. — ELIGIUS EP. NOVIOMENSIS († 659) scripsit *Tract. de rectitudine catholicae conversationis et aliquot homil.* — MARCULFUS (c. a. 660) scripsit *LL. 2 Formularum Ecclesiasticarum*. — CUMMIANUS († 661) *L. de Poenitentiarum mensura et Epistolam Paschalem*. — S. ANDREAS CRETENSIS († 680) edidit *Hom. 17 et Triodia 9 in Festa et Sanctos, Iambos eucharisticos, computum Paschalem*. — IOANNES EP. THESSALON. (c. a. 680) dedit *Orationes in Dormitionem Deiparae* et *in mulieres unguenta ferentes. Hymnos ad Deum* et *Sanctos*. — JULIANUS EP. TOLETANUS dictus *Pomerius* († 690) scriptis consignavit *Comment. in Nahum, Libros duos antilogiarum Scripturae, Lib. tres Prognosticorum futuri seculi*, tres *de adventu Messiae contra Iudaeos, Appendicem ad Ildefonsi catalogum*. — CRESCONIUS EP. AFER. (c. a. 690) elucubravit *Breviarium Canonum* et *Concordiam* seu lib. canonum. — VALERIUS ABB. († 695) praeter vitas aliquas concinnavit *L. de vana saeculi sapientia et L. de Institutione vitae novae*.

SAECULO VIII.

S. IOANNES DAMASCENUS (f. a. 730). Scripta eius extant: *Liber de haeresibus - Expositio fidei orthodoxae - Pro sacris imaginibus Orationes tres - De recta sententia Liber - Tractatus contra Iacobitas - Dialogus contra Manichaeos - Disceptatio Christiani et Saraceni - Fragmentum opusculi de draconibus et Stygibus - Lib. de S. Trinitate - de Hymno Trisagio - de Sacris ieiuniis - de octo spiritibus nequitiae, de virtutibus et vitiis - Institutio elementaris ad dogmata - de natura composita contra Acephalos - de duabus in Christo voluntatibus - Dissertatio adversus Nestorianorum haeresim - Epistola in illud* « quid est homo? » - *Canon Paschalis - Oratio de iis, qui in fide dormierunt - Epistola de Confessione - De sacris imaginibus adversus Constantinum Cabalinum - Epistola de sacris imaginibus ad Theophylum Imperatorem - L. De azymis - De Corpore et sanguine Christi - Declaratio Fidei - Expositio in Epistolas Pauli - Sacra Parallela - Homiliae 12. cum fragmento - Precationes tres - Carmina et Cantica 7. - Vita Balaam et Iosaphat - S. Arthemii passio - Liber adversus Iconoclastas - Hymni 8.* - Supersunt etiam *Fragmenta*

in Matthaeum. - Iudice Caveo, fuit vir doctrina ac eruditione, praesertim Theologica, insignis - Stylus in multis est scholasticus. Opera eius edita sunt Paris. 1712. 2. vol. fol. et Venet. 1748.

S. Bonifacius Ep. Mog. (f. a. 754). Ex scriptis eius aetatem tulerunt *Epistolae 112.* - *Iuramentum quo se Gregorio II. Papae adstrinxit.* - *Sermones 15.* - *Vita et Martyrium S. Lavini Ep. M.* - *L. de Poenitentia fragmentum* - *Aenigmata de virtutibus ad Sororem* - Habentur etiam *Excerpta ex Conciliis*, quae sub ipso celebrata sunt.

Flaccus Alcuinus (f. a. 755). Supersunt 232 *epistolae cum quatuor fragmentis.* Opuscula vero eius Exegetica sunt *Interrogationes et responsiones in Genesim* - *Enchiridion seu expositio pia ac brevis in Psalmos Poenitentiales* - *in Ps. 118 et Graduales* - *Compendium in Cantic. Canticor.* - *Commentaria super Ecclesiasten* - *Interpretationes nominum Hebraicorum Progenitorum D. N. Iesu Christi* - *Comment. in S. Ioannis Evangelium* - *Tractatus super tres S. Pauli ad Titum, ad Philemonem et ad Hebraeos epistolas* - *Commentatio brevis in quasdam S. Pauli sententias* - *Commentariorum in Apocalypsim Libri 5* - Opuscula Dogmatica sunt - *De fide Sanctae et individuae Trinitatis ad gloriosum Imper. Carolum Magnum Libri 3* - *Libellus de processione Spiritus Sancti ad eumdem* - *Scripta contra Felicem Urgellitanum et Elipandum Toletanum.* Opera Liturgica et moralia recensentur - *De Psalmorum usu liber, cum variis formulis ad res quotidianas accomodatis* - *Officia per ferias, seu Psalmi secundum dies hebdomadae singulos, quibus in Ecclesia cantantur dispositi, cum orationibus, hymnis, confessionibus et litaniis* - *De Baptismi caeremoniis Liber* - *De virtutibus et vitiis Liber* - *de animae ratione Liber ad Eulaliam Virginem* - *De Confessione peccatorum ad pueros S. Martini* - Opera hagiographa sunt *Vita S. Martini Turonensis* - *Vita S. Vedasti Episc. Atrebatensis* - *Vita B. Richardi Presbyteri* - *Vita S. Willibrardi Traiet. Episcopi.* - Carmina - *Preces nocturnae* - *Inscriptiones Sacri Codicis* - *Historiae variae Vet. et Novi Testamenti* - *Inscriptiones variae ecclesiarum, altarium, sepulchrorum* - *Adhortationes seu versus morales* - *Inscriptiones variorum locorum* - *Versus ad varios* - *Epitaphia, Epigrammata et Aenigmata* – *Poema de Pontificibus et Sanctis Eboracensis Ecclesiae* – Opera didascalica sunt *De orthographia L.* - *Dialogus de rethorica et virtutibus* - *De dialectica L.* - *Pipini regalis et nobilissimi invenis Disputatto cum Albino scholastico* - *De cursu et saltu lunae ac bissexto.* - Opera dubia sunt, *Albini Confessio fidei* - *Disputatio puerorum per interrogationes et responsiones* - *Propositiones Alcuini Doctoris ad acuendos iuvenes.* Edidit Forben Ratisbon. an. 1777. 2. vol. in fol.

S. Paulinus Ep. Aquileiensis (780) Scripsit *libellum sacrosyllabum de Sma Trinitate adversus Elipandum Toletanum* - *Libros tres ad-*

versus Felicem Urgellitanum ac Lib. de salutaribus Documentis. Edidit Madrifius Venet. 1737 in fol.

Hoc etiam seculo floruere Adelelmus Ep. Schirburnensis († 709) qui scripsit *L. de Laude virginitatis - opuscula aliqua metrica* - et *aenigmata.* - Cosmas Ep. Maiumensis (c. a. 730) qui dedit *Hymnos 13 in anni Festa* - et *enarrationem metricam in Psalmos.* - Egbertus Ep. Eboracensis (c. a. 732) qui edidit *Excerpta ex Patribus* - et *Poenitentiale* seu Constitutiones ecclesiasticas. - Acca Monach. Anglus († 740) qui scripsit *de ecclesiasticis chori officiis - Carmina - epistolas.* - Germanus Patr. Constantinopolitanus († 740) qui reliquit *Tractatum de Conciliis Oecumenicis, Apologiam pro Gregorio Nysseno - homilias aliquas et epistolas.* - Fredegarius (c. a. 740) edidit *Chronicon de gestis Francorum et Collectanea Chronologica.* - Cuthbertus (c. a. 740) exaravit *Lib. de vita et obitu Ven. Bedae* et *Lib. Epistolarum.* - Gregorius III R. P. († 741) praeter *Epistolas* reliquit *Excerpta ex Patribus et canonibus de criminibus et horum remediis.* - Anastasius Abbas Palaestinus (c. a. 741) litteris consignavit *Lib. contra Iudaeos.* - Isidorus Ep. Pacensis (c. a. 754) exaravit *Chronicon Hispaniae.* - Florus Mon. (c. a. 750) scripsit *Gesta* et *Passiones martyrum* seu Martyrologium Bedae continuatum. - Chrodegantus Ep. Metensis († 766) dedit *Regulam pro Clericis.* - Ambrosius Autpertus († 778) auctor *Lib. 10 Comm. in Apocalypsim.* - Paulus Diaconus Warnefridi filius (c. a. 780) exaravit *Libros 24 Historiae Miscellaneae Lib. 6 Historiae Longobardorum, Llb. 4 vitae S. Gregorii, Homilias ex Patribus dispositas pro toto anno, Excerpta, Hymnos* et *epistolas.* - Etherius (c. a. 784) dedit *Libros 2. de adoptione Filii Dei* contra Elipandum. - Adrianus II. P. R. († 795) praeter epistolas dedit *libellum libris Carolinis oppositum.*

SAECULO IX.

Paschasius Radbertus (f. a. 884). Scripsit *Expositionem in Psalm. 44 - item in Lamentationes Ieremiae - Librum de Corpore et Sanguine Christi - Epistolam ad Frudegardum - Lib. de partu Virginis - de fide, spe et charitate - de passione Sanctorum Rufini et Valerii - de vita S. Hadalarti - Epitaphium Arsenii seu vitam Ven. Walae.*

Agobardus Arch. Lugdunen. († a. 840). Opera ejus sunt *Lib. de divinis sententiis – De picturis et imaginibus – De iudaicis superstitionibus – de intelligentia Iudaeorum – De Baptismo mancipiorum Iudaeorum – Contra legem Guntobarti – Contra objectiones Fridegisi ; Contra libros Amalarii de dispensatione ecclesiastica ; de comparatione regiminis ecclesiastici et politici ; De divina Psalmodia ; De correctione Antiphonarii – Epistolae et Poemata varia.*

Hincmarus Arch. Remen. (f. a. 485). Ex eius scriptis supersunt *Epistola ad Carolum Magnum Regem* priori contra Praedestinationem dissertationi (deperditae) praefixa – *De praedestinatione Dei et libero arbitrio dissertatio posterior – De una et non trina Deitate – De divortio Lothari Regis et Tetbergae reginae – Capitula synodica. Coronationes regiae – Explanatio in ferculum Salomonis – Opuscula de Regis persona et regio ministerio – De carendis vitiis et virtutibus*

exercendis – de diversa et multiplici animae ratione – de coercendis Militum rapinis - de verbis Psalm. « Herodii domus dux est eorum ». *De fide Carolo regi servanda – Instructio ad Ludovicum Balbum – De institutione regia – Ad Proceres regni pro institutione Caroli M. regis – Ad Episcopos regni de institutione Caroli Magni – De coercendo raptu viduarum, puellarum et Sanctimonialium – Expositiones ad Carolum regem pro Ecclesiae libertatum defensione – Capitula synodalia – De officiis Episcoporum – de presbyteris criminosis – de causa Teutfridi presbyteri - de visione Bevioldi Presbyteri – Consilium de poenitentia Pipini regis - De villa Noviliaco - Iuramentum quod Hincmarus iussus est dare apud Pontigonem – Vita S. Remigii - Encomium eiusdem S. Remigii - Responsio ad quorumdam quaestiones - Professio Fidei - Carmina aliquot - Annales – Epistolae 55. - Opuscula et Epistolae, quae referuntur ad causam Hincmari Laudunensis.*

Rabanus Maurus (f. a. 847). Eius opera sunt *De laudibus S. Crucis Lib. 2. - De Clericorum institutione LL. 3. – Liber de oblatione puerorum - Commentariorum in Genesim Libri 4. – Liber de Computo - Commentariorum in Matth. Libri 8. - Commentariorum in Exodum Libri quatuor ad Fredulphum Lexoviensem Episc. - Expositionum in Leviticum Libri 7. ad eumdem - Narrationum in Lib. Numerorum Libri 4. ad eumdem - Narrationum in Deuteronomium Libri 4. ad eumdem – Commentariorum in Lib. Iosue Libri 3. ad Fridericum Traiect. Episc. - Commentariorum in Lib. Iudicum Libri duo, cum Epistolis Humberti Ep. ad Rabanum et Rabani ad Humbertum - Commentarium in Lib. Ruth – Commentaria in Libros 4. Regum - Comment. in Lib. 2. Paralipomenon - Expositio in Lib. Iudith - Expositio in Lib. Esther - Commentariorum in Lib. Sapientiae Lib. 3. - Commentariorum in Ecclesiastic. Lib. 10. - Comment. in Libros Machabaeorum - Homiliae 233. - Poenitentiale – Commentaria in Ezechielem - Quota generatione licitum sit connubium - De consanguineorum nuptiis et de magorum praestigiis falsisque divinationibus - Tractatus de anima - Martyrologium - Responsa canonica super quibusdam interrogationibus Reginbaldi chorepiscopi - Si liceat chorepiscopis presbyteros et diaconos ordinare de consensu episcopi sui - De Universo Libri 22. - Excerptio de arte grammatica Prisciani - Expositio in Proverbia Salomonis - Commentaria in Ieremiam - Enarrationes in Epistolas B. Pauli Libri 28. – Allegoriae in Sacram Scripturam - Commentaria in Cantica quaedam - Liber de sacris ordinibus - De Ecclesiastica disciplina - De videndo Deum, de puritate cordis et modo poenitentiae - De quaestionibus canonum poenitentialium – Poenitentium Liber – De vita B. Mariae Magdalenae et sororis eius S. Marthae - Epistolae 9. - Glossae la-*

tino-barbaricae de partibus humani corporis - De inventione linguarum - Fragmentum glossarii latino-Theotischi - Carmina.

Walafridus Strabo († 849) dedit Glossam Ordinariam in S. Scripturam, Lib. de officiis divinis, Biographias, Poemata.

Eulogius Arch. Toletanus († 859) reliquit *LL. 3. de Mart. Cordubensibus; Apologeticum pro Martyribus - Exhortationem ad martyrium* – Epistolas varias

Lupus Servatus († 861) exaravit L. *de tribus quaestionibus scilicet de libero arbitrio, de praedestinatione et de taxatione sanguinis Christi - Collectaneum de iisdem et Epistolas.*

Anastasius Bibl. (f. a. 870). Sub eius nomine circumferuntur *Prolegomena ad vitas RR. Pontificum - Vitae RR. PP. - Fragmentum de vitis RR. PP. a B. Petro ad Paulum I. - Fragmentum Catalogi Pontificalis in Vigilio desinens* - Praeterea eius opera sunt *Interpretatio Synodi VIII generalis - Item Synodi VII. - Interpretatio Chronologiae S. Nicephori - Collectanea - Historia acephala Sanctorum Cyri et Ioannis Eleemosynarii - Passio S. Demetrii - acta S. Crispinae V. et M. - Translatio Sermonis S. Theodori Studitae de S. Bartholomaeo Apostolo - Epistolae tres - Prologus in Passionem 1480 martyrum.*

Atto Vercell. (872). Scripsit *Capitulare Vercellense - Lib. de Pressuris Ecclesiasticis - Espositionem in Epistolas S. Pauli - Sermones et epistolas varias.*

Theodorus Abucara (c. a. 880) scriptis consignavit *Dialogos, Dissertationes, disputationes et Solutiones Quaestionum controversarum cum Iudaeis, Saracenis, Origenistis, Nestorianis, Manichaeis, Theopaschitis* et aliis haereticis.

Remigius Arch. Lugd. († 873) litteris mandavit *Lib. de tribus Episcoporum epistolis - Libellum de tenenda Scripturae veritate et sectanda Patrum auctoritate - Absolutionem quaestionis de generali damnatione Adae et speciali ereptione electorum.*

Ad idem seculum referendi sunt Theodulphus Ep. Aurelianensis († 821) auctor Libri *de Spiritu Sancto - de ordine et ratione rituum Baptismi - Capitul. 46 ad Presbyteros*, et *Lib. 6. Carminum.* - Benedictus Ananiensis († 821) qui dedit *Codicem* et *Concordiam regularum - L. Paraeneticum ex Patribus - Modum Poenitentiarum.* - Smaragdus Abbas (c. a. 824) edidit *Postillam in Evangelia et Epistolas officii divini, Viam regiam et Diadema Monachorum, Acta collationis Rom. de processione Spiritus Sancti.* - Theodorus Studites († 826) ejus opera sunt: *Sermones Catechetici et Catechesis parva - Orationes in cultum Crucis et Imaginum - Encomia sanctorum - Testamentum ad discipulos - Epistolae et Hymni varii.* Nicephorus Patr. Cpolitanus († 828) posteris mandavit *Chronologiam tripartitam - Breviarium Historiae - Opuscula 4 contra Iconomachos - Canones, breviculos varios.* — Eginhardus (c. a. 855) dedit *Libellum de adoranda Cruce - LL. 4 de miraculis Marcellini et Petri - Annales Pipini, Caroli et Ludovici - Vitam Caroli Magni - Epistolas varias.* — Methodius Confessor († 847) edidit *Canones Poenitentiales - Orationes - Encomia Sanctorum.* — Michael Syncellus

scripsit Librum *de orthodoxa fide*. — Amulo Arch. Lugd. exaravit Libros *contra Iudaeos* - L. *de gratia, praescientia, praedestinatione et libero arbitrio* - *De iisdem capitula ex S. Augustino excerpta* - *Epistolas ad Gotteschalcum et ad Theobaldum Lingoniensem*. — Florus Diac. Lugdun. (c. a. 352) scripsit *Commentaria in ep. Pauli et Canonem Missae* - *L. de praedestinatione contra errores Ioan. Scoti* - *Collectionem tum ex legibus et canonibus, tum ex dictis Patrum*. — Freculphus Ep. Luxoviens. († 853) dedit *Chronicon bipartitum*. — Haymo Ep. Halberstadianus († 853) scripsit: *Comm. in Psalmos, Isaiam, Epist. Pauli, Apocalypsim : Libros 10 Hist. Eccles.* - *Lib. tres de amore patriae caelestis* - *Tractatum de corpore et sanguine Christi* - *Homilias in Evangelia Dominicarum et Festorum*. — Prudentius Ep. Trecens. seu Tricassinus († 861) dedit *Tractatum de praedest. contra Ioannem Scotum* - *Collectaneum de tribus epistolis adversus Capitula Corisiaca*. — Petrus Siculus (c. a. 872) exaravit *Historiam de ortu progressu, occasu Manichaeorum*. — Usuardus (c. a. 876) dedit *Martyrologium*. — Herembertus scripsit *Chronicon Longobardorum* ad annum 888 perductum. — Photius Patr. Cpolitanus († 991) edidit *Bibliothecam Litterariam, Nomocanonem,* seu Legum et Canonum conciliationem - *L. de voluntatibus in Christo gnomicis* - *Libel. de Synodis* - *Dissertationes 6. de divinitate et incarnatione* - *Epistolas multas*. — Remigius Antissiodor. († c. a. 900) edidit *Comm. in Psalmos, Prophetas minores, Epp. Pauli* - *Expositionem Missae*.

SAECULO X

Flodoardus (f. a. 940). Texuit *Historiam Ecclesiae Remensis* - *Annales* - *Opuscula metrica*.

Regino Prumiensis († 908) scripsit *Chronicon* - LL 2. *de disciplinis ecclesiasticis ac de religione Christiana*.

Leontius Byzantinus (fl. a. 922) dedit LL. 4. *Chronographiae*.

Ratherius Ep. Veronen. († a. 974). Eius opera sunt – *Praeloquiorum Libri sex* – *Vita* S. *Ursmari* – *Conclusio deliberativa* – *Leodoci Acta* – *L. Phrenesis* (sic ab ipso dictus eo quod nimis in eo austere in quosdam inveheretur) - *Excerptum ex dialogo Confessionali cuiusdam sceleratissimi mirum dictu, Ratheri veronensis quidem Episcopi, sed Lobiensis Monachi* – *Exhortatio et preces* – *Invectiva* – *De Translatione S. cuiusdam Matronae* – *Decreta et Libellus de proprio lapsu* – *De contemptu canonum* – *Qualitatis coniectura cuiusdam* – *Decretum quo ex Abbatiola Magontiani amandatis monachis subrogantur clerici* – *Synodica ad presbyteros et ordines caeteros forinsecus i. e. per universam Dioecesim constitutos*. – *Denuptu cuiusdam illicito* – *De otioso sermone* – *Ratherii Romam euntis itinerarium* – *Fundatio et dotatio pauperorum clericorum cathedralis Veronensis Ecclesiae* – *De Clericis rebellibus* - *Discordia inter ipsum et Clericos* – *Liber apologeticus* – *Testamentum* – *epistolae 104.* – *Sermones 11*.

Simeon Metaphrastes († 942) edidit *Vitas Sanctorum* inter quas Leo Allatius tantum 122 genuinas decernit et designat. *Orationes 24. de moribus* – *Poemata 6, Epistolas 5*.

Odo Cluniacensis († 942) dedit *Libros 35 Moralium in Iob – 3. Collationum – 4. Vitae S. Geraldi – Sermones et Tractatus de Sanctis – Chronicon succinctum – Hymnos etc.*

Luitprandus († post. a. 970) scripsit LL. *6. Historiae* rerum suo tempore gestarum.

Oecumenius, graecus, e Patribus collegit *Catenam* seu *Comment. in Actus Apostolorum, In epist. Pauli, in ep. catholicas.*

SAECULO XI

Burchardus Ep. Wormat. (f. a. 1008). Reliquit *Volumen Decretorum et Epistolam ad Albertum.*

S. Petrus Damiani (f. a. 1057). Praeter *Libros 8 Epistolarum et Sermones 75.* tribuuntur ei illustria varii argumenti opuscula, ex quibus commemorasse sufficiat: *Expositionem mysticam – Lib. Genesis, de Aegypti plagis et Decalogo; de Hebraeorum mansionibus; de divina omnipotentia; – de processione Spiritus Sancti; de fide catholica, de Sacramentis per impios administratis – de novissimis et antichristo – contra Iudaeos – de quadragesima – de iciunio Sabbati – de celebrandis vigiliis, de horis canonicis de caelibatu Sacerdotum: – de communi vita Clericorum: – contra Clericos Regulares proprietarios: de perfectione Monachorum: – pro Monachis contra Canonicos: de parentelae et cognationis gradibus: de tempore celebrandi nuptias: de bono suffragiorum* – Scripsit praeterea *Sanctorum historias*, scilicet *S. Odelonis Abb. Cluniacensis et Conf., S. Romualdi Abbatis, Sanctorum Rodulphi et Dominici Loricati – Passionem Sanctarum Virginum Florae et Lucillae – Expositionem visionum Sanctorum Martyrum Mariani et Iacobi – Hymnum de gloria paradisi – Carmina varia et Preces.* Exstat denique *Concordia* ab ipso statuta inter *Eremum Gamugni et inter Monasterium de Acereta – et acta synodi ab eodem in Gallis celebratae* – Eum Alexander II a se legatum hoc ellogio commendavit: – Talem vobis virum destinare curavimus, quo post nos maior in Romana Ecclesia non habetur, qui noster est oculus et Apostolicae Sedis immobile firmamentum.

Card. Humbertus († 1061) Scripsit in modum dialogi inter romanum et graecum *adversus graecorum calumnias* (de azimo) cf. Migne T. 143. – *Responsionem ad Nicetae libellum contra latinos – Brevem et succinctam commemorationem eorum quae Rom. Sedis Legati Cpoli gesserunt et cur Michael* (Caerularius) *damnatus fuerit – Adversus Simoniacos Lib. 3.*

Marianus Scotus dedit *Chronicon* ad ann. 1083 pertingens.

Lanfrancus Arch. Cantuar. († a. 1070). Extant ex eius scriptis *Comm. in epp. Pauli cum glossa interlineari - Libel. de corpore et sanguine Domini - L. de celanda confessione - Annotationes in Cassiani collationes - Decreta pro ordine S. Benedicti. - Sermones et Epistolae varii argumenti.* Sua illum aetas ut magnum sanctitate et doctrina Praesulem suspexit, praesens etiam uti Theologiae auspicem veneratur.

SAECULO XII.

S. Bruno Carth. († 1101) reliquit *Expositionem in Psalmos, et in Epist. Pauli - Libros de laudibus Ecclesiae, de ornamentis eiusdem de Novis. - Sermones in festa Christi et Deiparae, de Martyribus, de Confessoribus, de S. Michaele, de contemptu mundi - Confessionem fidei et Epistolas* varias.

S. Anselmus Arch. Cantuar. († a. 1109). Opera eius sunt *De divinitatis essentia Monologium: Prosologium* seu alloquium de Dei existentia - *Apologeticum contra Gaunilorem - Dialogi de veritate - de libero arbitrio - de casu diaboli - de voluntate – L. De azymo et fermentato - Lib. 1 de fide Trinitatis et de Incarnatione Verbi - LL. 2. cur Deus homo – Lib. 1. de Processione Spiritus Sancti* contra Graecos - *L. de conceptu Virginali et peccato originali.- L. de concordia praescientiae, praedestinationis et gratiae cum libertate – L. de Sacramentorum diversitate - offendiculum Sacerdotum - L. de Nuptiis consanguineorum - Dialogus de grammatico – Liber de voluntate Dei - Responsio ad Wallerani querelas: - Homiliae, orationes, Exhortationes 16. – Hymni varii - Sermo de passione Domini – Exhortatio ad contemptum temporalium et desiderium aeternorum - Admonitio morienti - Carmina de contemptu mundi - Liber meditationum et orationum - Meditatio super ps. Miserere - de pace et concordia Tractatus asceticus – Oratio dicenda ante sumptionem Corporis et Sanguinis Domini – salutatio ad Iesum Christum – Hymni et Psalterium de Sancta Maria - Versus de Lanfranco praedecessore suo - Fragmentum de dictis S. Anselmi – Epistolarum Libri 4.* Scholasticae Theologiae praeformator fuit, stylus eius metaphysicus potius, quam dialecticus aut oratorius apparet.

S Bernardus (f. a. 1120). Ex eius operibus exstant *Epistolae 495. Chartae 5. - De Consideratione Lib. 5. ad Eugenium III. Papam – De moribus et officio Episcoporum Tractatus ad Henricum Senonensem Archiepiscopum - De Conversione ad Clericos Liber – De Praecepto et dispensatione - Apologia ad Guillelmum S. Theo-*

derici Abbatem - Ad milites Templi de laude novae militiae Liber - Tractatus de Gradibus Humilitatis et Superbiae – De diligendo Deo Liber ad Haimericum S. R. E. Cardinalem et Cancellarium – Tractatus de gratia et libero arbitrio ad Guillelmum Sancti Theodorici Abbatem - Tractatus de Baptismo aliisque quaestionibus ad Hugonem de S. Victore – Tractatus contra quaedam Capitula errorum Petri Abaelardi ad Innocentium II. Pontificem - De vita et rebus gestis S. Malachiae Hiberniae Episcopi. - Hymnus de S. Malachia - Super Antiphonarium Cisterciensis Ordinis Epistola – Tractatus de Cantu seu correctione Antiphonarii – S. Bernardus super Hymnum Iesu nostra Redemptio *– De Passione Christi et doloribus et planctibus Matris eius - Tractatus ad laudem gloriosae Virginis Matris - Tractatus de corpore Domini - Modus cantandi Graduale – Tonale S. Bernardi - Sermones de Tempore* (inter quos leguntur B. Bernardi homiliae quatuor super *Missus est* seu de laudibus Virgnis Matris) *– Sermones de Sanctis – Sermones de diversis – Sententiae – Parabolae – Confessionis privatae formula – Officium de S. Victore Confessore. – Sermones in Cantica Canticorum.* Exstant etiam *Flores seu Sententiae ex S. Bernardi operibus depromptae.* Inter epistolas, quae eidem tribuuntur, habendam esse ut spuriam illam ad Canonicos Lugdunenses de Conceptione Virginis, ostenditur in Dissertatione de Bernardi scriptis in 2. Vol. Sylloge monumentorum, auctore cl. P. Antonio Ballerini S. I. Th. Mor. Prof. in Coll. Romano. - Bernardus communi omnium iudicio Pater fuit et Doctor mellifluus. Eius opera edita sunt Veronae 1726.

Rupertus Abb. Tuitien. (f. a. 1130). Ab eo prodiere *Commentariorum de operibus S. Trinitatis Libri 42. – Comm. in Genesim, Exodum, Leviticum – in Numeros - in Deuteron. in Iosue – in L. Iudicum – Regum – in Isaiam - in Ieremiam - in Ezechielem – in Danielem – in IV. Evangelistas – L. De operibus Spiritus Sancti Commentaria in 12. Prophetas Minores – in Cantica – in Iob. – in lib. Ecclesiastis – L. De gloria et honore Filii hominis - L. De glorificatione Trinitatis et processione Sancti Spiritus - Comm. in Evangelium Ioannis, Comm. in Apocalypsim – L. De Victoria Verbi Dei – De Divinis officiis Lib. 12. – L. De Incendio Oppidi Tuitii – L. de meditatione mortis – Vita S. Helberti - Passio B. Eliphii Martyris – L. De voluntate Dei – L. De omnipotentia Dei – L. in quaedam capitula Regulae S. Benedicti – Altercatio Monachi et Clerici quod liceat monacho praedicare - Epistola ad Everardum Abbatem – L. De laesione virginitatis – Annulus sive dialogus inter Christianum et Iudaeum – L. De vita vere apostolica – Epistola qua ratione Monachorum ordo praecelliit ordinem Clericorum.*

Petrus Lombardus Ep. Parisien. (f. a. 1145). Scripsit libros 4 *sententiarum* seu summam Theologiae ex Patribus methodo scholastica digestam – *Glossas in Psalmos* – *Collectaneam in epistolas Pauli.*

Hugo a S. Victore (f. a. 1120). Reliquit *Annotationes in Scripturam et Scriptores sacros* – *Allegorias in Veteri et Novo Testamento* – *Excerptiones et commentaria in plures Scripturae libros* – *Summam sententiarum, cum aliis ad Scripturam vel Theologiam spectantibus.*

Robertus Pullus († 1150) scripsit *Libros 8 Sententiarum de Trinitate.*

Gratianus Bonon. (a 1115). dedit Collectaneam decretorum canonicorum seu *concordantiam discordantium canonum*.

Richardus a S. Victore († 1173) edidit Libros 6. *de Trinitate 1. de tribus personis 1. de Incarnatione. 2. de Emmanuele; 4 Exceptionum; 1. de potestate ligandi et solvendi; Explanationes in cantica et Apocalypsim; Declarationes difficultatum Scripturae, praesertim de tabernaculo foederis;de differentia sacrificii Abrahae et David, de templo Salomonis; de concordia temporum Regum Iuda et Israel; de visione et templo Ezechielis, de comparatione Christi ad florem, Mariae ad virgam, de superexcellenti baptismo Christi; de Christo posito in signum; de Sp. Sancti Missione; de Sp. Sancto. amore Patris et Filii, de aliquot dubiis Apostoli; Tractatus de gemino Paschate, de iudicaria potestate in fine mundi, de Spiritu Blasphemiae; de gradibus amoris, de differentia peccati venialis et mortalis.*

Hoc etiam aevo inclaruerunt Gillebertus († 1139) qui scripsit libellum *de statu Ecclesiae* — Sugerius († 1153) qui edidit libellum *de consecratione Ecclesiae - Constitutiones - Testamentum* — Wilhelmus Claravellensis (c. a. 1153) qui praeter *Comm.et ascetica* edidit *Speculum et aenigma fidei - Disputationem contra Abaelardum - L. de erroribus Guilielmi de Conchis - L.de sacr. altaris.* Petrus Mauritius, cognomento *Venerabilis* († 1156) qui scripsit *Tractatus contra Judaeos, contra Petrobusianos - Contra haereses et sectam Saracenorum.* — Arnoldus Carnotensis (a.1162) qui scriptis consignavit *Tractatum de opere sex dierum - de 7 verbis Christi - de cardinalibus Christi virtutibus.* — Hugo Ep. Rothomag. († 1164) qui edidit *Libros 3 de haeresibus; 3 de memoria dogmatum; 3 de officiis et Ministris Ecclesiae.* — Philippus harvengius (c. a.1180) qui dedit *Comment. mysticum et morale in Cantica - Tractatus de lapsu primi hominis - De damnatione Salomonis - De somnio Nabuchodonosoris - De Clericorum dignitate et dotibus - Epistolas, carmina et vitas varias.* — Guilielmus Tyrius qui scripsit *historiam belli palaestini* ad annum 1180 excurrentem.— Arnulphus Ep. Luxov.(† 1181) qui edidit *Tractatum de schismate pontificio.* — Andronicus Commenus († 1185) qui scripsit *Dialog. contra Judaeos.* — Petrus Comestor († 1198) qui literis consignavit *Historiam scholasticam* seu totius Scripturae. — Petrus Blesensis († a. c. 1200) qui composuit Libros vel Tractatus *Instructionis fidei - De Scriptoribus sacrorum librorum - Contra perfidiam Iudaeorum - De confessione - De poenitentia iniungenda - De institutione Episcopi - De Eucharistia, etc.*

SAECULO XIII.

—

Alanus ab Insulis († 1203). Aetate primorum scholasticorum insignis theologus, appellatus Doctor universalis. Opus princeps eorum quae prelo sunt mandata (pleraque enim in mss. latent) est, *de arte articul. catholicae fidei Lib. 5.*

Cardinalis de Vitriaco (1220). Scripsit *Libros 3 historiae orientalis et occidentalis* – Volumen *concionum de tempore* - *Lib. unum contra Saracenos* – *Lib. 2 de vita B. Mariae Ogniacensis* – *et epistolas varias.*

S. Raymundus de Pennafort Ord. Praed. (1223). Gregorio IX in conficienda Decretalium collectione opem praestitit, scripsitque *summam casuum poenitentiae.*

Alexander Halensis O. M. (1230). Sancti Bonaventurae et juxta nonnullos Sancti etiam Thomae Aquinatis praeceptor, scripsit *Summam Theologiae* egregiam et copiosissimam – *Postillam in tota Biblia* – *Summam de Virtutibus.* – A Wetzer et Welt tom. IV, p. 851 citatur *Commentarius in Aristotelis lib. III de anima* et dicitur apocrypus *Comment. in Metaph. Aristotelis.* Sola superest Summa theologica.

Rodericus Ximenes (1240). *Norem Libris Histor. Hispaniae complexus est.*

Moneta Cremonensis († 1240). Scripsit utilem *haeresibus eradicandis summam adversus Catharos et Waldenses.* Adscribitur ipsi etiam « *Compendium logicae propter minus eruditos* ».

B. Albertus Magnus O. PP. (1240). B. Alberti M. opera 21 Tomis in folio complexus est Petrus Iammy O. P. Lugduni a. 1651. En opera singula per singulos tomos distributa: Tom. I. Vita B. Alb. *De praedicabilibus L. 1. De 10 praedicamentis L. 1. De sex principiis L. 1. De interpretatione L. 2. De syllogismo simpliciter i. e Prior. Analytic. L. 2. De demonstratione i. e. Posterior. Analyt. L. 2. Topicorum L. 8. De sophisticis elenchis L. 2.* – Tom. II. *De physico auditu L. 8. De caelo et mundo L. 4. De generatione et corruptione L. 2. De Meteoris L. 4. De mineralibus L. 5.* – Tom. III. *De anima L. 3* Metaphysicorum *L. 13.* – Tom. IV. *Ethicorum L 10. Politicorum L. 8.* – Tom. V. *Parva naturalia sive: De sensu et sensato L. 1. De memoria et reminiscentia L. 1. De somno et vigilia L. 1. De motibus animalium L. 2. De aetate sc. de iuventute et senectute L 1. De spiritu et respiratione L. 2. De morte et vita L. 1. De nutrimento et nutribili L 1. De natura et origine animae L. 1. De unitate intellectus contra Averroëm L. 1 De intellectu et intelligibili L. 2. De natura locorum L. 1. De causis proprietatum elementorum L. 1. De passionibus aeris L. 1.*

De vegetabilibus et plantis L. 7. De principiis motus progressivi L. 1. De processu universitatis a causa prima L. 1. Speculum astronomicum in quo de libris licitis et illicitis pertractatur. – Tom. VI. *De animalibus L. 26.* – T. VII. *Commentarii in Psalmos.* – Tom. VIII. *Commentarii in Threnos Ierem. Com. in Baruch.* – *Com. in Daniel. Com. in 12 Prophet. minores.* – T. IX. *Com. in Matth.* – *Com. in Marc.* – T. X. *Com. in Lucam* – T. XI. *Comm in Io.* – *Com. in Apocal.* – T XII. *Sermones de tempore* - *Orationes super Evang. Dominic. totius anni.* – *Sermones de Sanctis* – *Sermones 32 de Sac. Eucharistiae.* – *Liber de muliere forti.* – T. XIII. *Com. in B. Dionys. Areopagitam. Compendium theologicae veritatis L. 7.* – T. XIV. *Com. in 1 lib. Sententiarum.* – T. XV. *Com. in 2. et 3. lib. Sent.* – T. XVI. *Com. in 4. l. Sent.* - T. XVII. I.ª *pars Summae Theologiae.* – T. XVIII. II.ª *pars.* – T. XIX *Summa de creaturis 2. partes.* T. XX. *Mariale seu quaestiones 230 super « Missus est. » De laudibus B. Virginis L. 12.* - *Biblia Mariana.* – Tom. XXI. *Miscellanea* sive : *de apprehensione et apprehensionis modo L. 1. Philosophia pauperum sc. Isagoge in lib. Aristotelis de physico auditu, de caelo et mundo, de generatione et corruptione, de Meteoris et de anima.* – *De Sacrificio Missae L. 1. De Sacram. Eucaristiae L. 1.* – *Paradisus animae et de virtutibus* libellus. – *De adhaerendo Deo* libellus. *De alchymia L. 1.* Albertus in omni genere scientiarum praesertim physicarum ita versatus fuit, ut magiae cultor insignis a coaevis aliquot sit habitus.

Matthaeus Paris Monach. (1245). Collegit *Historiam rerum anglicanarum ab anno 1067 usque ad an. 1259.*

Guillelmus Parisiensis (1245). Ejus opera sunt : *de S. Trinitate Lib. 1. de primo principio lib. 1. De Sacramentis Lib. 1. Cur Deus homo 1. Summa virtutum 1. Summa vitiorum 1. De fide et legibus 1. de animabus hominum 1. de bono et malo 1. de universo. 6 de professione novitiorum, 1. de dono scientiae, 1. de operibus virtutum, 1. de remediis tentationum 1. de pluralitate beneficiorum, de claustro animae lib. 1. de rethorica divina 1. de poenitentia 1. de daemonibus. 1. in Exaëmeron, 1. in Psalterium, 1. in Prov. Salomonis, 1. in Ecclesiasten, 1. in Cantica canticorum, 1. in Evangelium Matth., 1. Sermonum, 1. Epistolarum, 1. de collatione, de pluralitate beneficiorum ecclesiasticorum tractatus duo.*

Vincentius Bellovacensis O. PP. (1245). Litteris consignavit *quatuor speculu, Doctrinale, Historiale, Naturale et Morale.* Speculum *Doctrinale* continet Lib. 17 et tractat de omnibus scientiis ; *Historiale* complectitur lib. 31 et tradit historias ab initio mundi usque ad annum 1224, in Opere tamen Wetzer, et Welte Tom. XI, p. 695. asseritur, has historias ab initio mundi usque ad an. 1254 progredi contra Bellarmini ea in re assertionem. Continuatum deinde fuit

ab anonymo usque ad an. 1494. *Naturale* Speculum continet libros 32 et tractat de herbis, de avibus, de locis, de temporibus etc. *Morale* continet Lib. 3. ac agit de passionibus animi, de legibus, de gratia, de vitiis, de virtutibus. Speculum *morale* aprocryphum esse Bellarminus cognovit, compilatum sc. ex Divi Thomae Summa Theol. Cf. Wetzer et Welte Tom. XI. p. 695. a quibus citantur haec alia opera Bellovacensis: *Tractatus de gratia Dei* (4 lib.) *Liber de laudibus Virginis gloriosae; De S. Ioanne Evangelista; De institutione filiorum regiorum seu nobilium; Epistola consolatoria Fr. Vinc. Belovac. ad regem francorum Ludovicum super mortem Ludovici primogeniti sui* (1260); quae epistola alibi citatur sub titulo: *Tractatus valde consolatorius pro morte amici.* Quinque alia opera sunt adhuc manuscripta (l. c.), testibus Echardet ac Daunou.

Martinus Polonus (1250) Edidit *Chronicon* in quo breviter res gestas Pontificum et Imperatorum persequitur usque ad sua tempora, i. e. usque ad Honorium IV.

Reinerius Sacconus Ord. Praed. (1254) Scriptis consignavit *Summam de Catharis* et *Leonistis.*

S. Bonaventura O. Min. († 1274). Natus a. 1221 Balneoregii in Hetruria, anno 1243 Ordinem S. Francisci ingressus, postquam doctoris laurea insignitus, sacram theologiam in Universitate Parisiensi tradidisset, an. 1256 electus fuit Generalis Ordinis Minister, anno vero 1272 Episcopus Albanensis et Cardinalis. Interfuit Concilio oecum. Lugdunensi II. at paucis post primam sessionem diebus obiit. A Sixto IV canonizatus est an. 1482, a Sixto V. Doctor Ecclesiae declaratus an. 1588. Reliquit *Expositiones in Libros sacros – Commentaria in Magistrum Sententiarum – Sermones, Opuscula moralia atque ascetica.* Eius opera edita sunt Romae 1588. 8 vol. in fol. – Venet. 1751-56 14. vol. in 4. Eius operum lectionem valde commendat Gerso, tamquam maxime idoneam et menti illustrandae et cordi ad pietatem inflammando. Item Trithemius (de Scriptoribus ecclesiast. Cap. 464.) Edita sunt etiam opera eius Lugduni 1668 in fol. Eorumdem praeparatur editio critica a doctissimo P. Fideli de Fanna. S. Bonaventurae proprium esse dicit Episc. Hefele, quod doctrinam scholasticam aeque ac mysticum amorem mirifice coniunxerit, ut nemo alius.

S. Thomas († 1274). Nobilissima comitum Aquinatum familia natus anno 1225, a monachis Cassinensibus pietate litterisque instructus, anno 1243 Ordini FF. Praedicatorum nomen dedit. Parisiis atque Coloniae B. Alberto Magno in disciplinis philosophicis atque theologicis magistro usus est, tantaque cum gloria in Academia Parisiensi et in nonnullis Italiae academiis sacram theologiam tradidit, ut Doctoris Angelici praeconium meruerit. Archie-

piscopatum Neapolitanum, sibi a Clemente IV. oblatum, constanter recusavit. Ad generale Concilium Lugdunense II a Gregorio X vocatus, in itinere morbo correptus, aetatis anno 50. in Monasterio Cisterciensi caelestem in patriam migravit. Vir sanctitate, eruditione, ingenii subtilitate plane incomparabilis, ac teologorum princeps plurima reliquit opera cuius indicem describimus ex romana editione, quae iussu Pii V. Pont. Max. confecta censetur et omnium optima est. Tomi sunt septemdecim. T. I continet *Vitam B. Thomae et Commentaria in Libros Perihermenias et posteriorum analyticorum.* II Tomus complectitur *Commentaria in Libros octo physicorum , in lib. 4. de caelo et mundo, et in lib. 2. de generatione.* III Tomus continet *Commentaria in Lib. 4 Metheor., in lib. de anima, et in parva naturalia.* IV Tomus continet *Commentaria in lib. 12 metaphysicorum, Tractatum de ente et essentia (cum commentariis Card. Caietani) et Expositionem in libr. de causis.* V Tomus continet *Commentaria in libros 10. ethicorum et in lib. 8. politicorum.* VI Tomus recenset *Commentaria in primum et secundum sententiarum.* VII Tomus exhibet *Commentaria in tertium et quartum sententiarum.* VIII Tomus continet, *Quaestiones disputatas et Quodlibeta.* IX Tomus complectitur *Summam contra gentiles (cum Commentariis* Francisci Ferrariensis). X Tomus continet *Primam partem Summae Thelogiae (cum Commentariis Card. Caietani) et expositionem S. Dionysii de divinis nominibus.* XI Tomus recenset *Primam secundae et Secundam Secundae (cum Commentariis Card. Caietani).* XII Tomus exhibet *Tertiam partem (cum comment. Card. Caietani)* - Tomus XIII continet *Commentarium in Iob, in primam quinquagenam Psalmorum, in Cantica Canticorum, in Isaiam, in Hieremiam et Threnos.* XIV Tomus continet *Commentaria in Matthaeum et in Ioannem.* XV Tomus continet *Auream catenam ex Patribus contextam in quatuor evangelia.* XVI Tomus continet *Commentaria in omnes epistolas S. Pauli et Sermones de tempore et de Sanctis.* XVII Tomus continet *Septuaginta tria opuscula et Scriptum secundum in quatuor Libros sententiarum ad Annibaldum Cardinalem.*

Thomas Cantipratensis. († 1280). Discipulus Alberti M. Scripsit: *De naturis rerum 20 lib. Vitam S. Lutgardae, Lib. de S. Maria Ogniacensi, de S. Maria Iprensi, et de Ioanne primo Abbate monasterii Cantipratensis et opuscula de proprietatibus apum duobus libris comprehensa*, in quibus sub figura apum multa edisserit de officio Praelatorum et subditorum.

Lucas Ep. Tudensis. († 1288). Reliquit *Libros tres de fidei controversiis contra Albigenses, et Chronicon* (Ab Adamo usque ad a. 1236). Praeterea *Vitam et miracula S. Isidori.*

Henricus Gandavensis (1280). Scripsit *Opus Quodlibetorum – Summam quaestionum ordinariarum* – item *L. de virginitate et Poenitentia; Commentaria in libros Physicorum Metaphysicorum Aristotelis ac librum de viris illustribus.*

Richardus e Mediavilla Ord. Min. (1290). Reliquit *Commentaria in Libros quatuor Sententiarum. – Quodlibeta varia – et in quatuor Evangelistas Libros.*

Henricus Suso (1290). Scripsit *Horologium Sapientiae – Librum de novem rupibus – Meditationes de passione Domini – Officium quotidianum de aeterna Sapientia.*

Aegidius Romanus Ord. Aug. (1296 ÷ 1316). Aegidius de Columna cognomine Doctoris fundatissimi, scripsit: *In primum et secundum Sententiarum Commentaria – in IV Sent. elucubrationes et quaestiones – In Exaëmeron libros duos – In Cantica Canticorum Lectiones novemdecim – In Epistolam ad Romanos lectiones – In Caput Firmiter et in Caput Marthae expositionem – In orationem dominicam et salutationem angelicam explanationem – Tractatum de corpore Christi; de distinctione articulorum Fidei et de Arca Noe – Theoremata de Sacramento altaris et de corpore Christi – Tractatum de renunciatione Papae – Libellum editum occasione Clerici minus sufficienter ad Subdiaconatum promoti – Quomodo Reges possint bona Regni Ecclesiis elargiri – De Regimine Principum Libros tres: Quodlibeta – Tractatus contra Exemptos – De divina influentia in beatos – De laudibus divinae Sapientiae – De defectu malorum culpae – De praedestinatione, praescientia, paradiso et inferno – De peccato originali – De motu Angelorum – De mensura Angelorum – De cognitione angelorum.* – Scripsit etiam *expositiones in Metaphysicam Aristotilis – Comment. in Alpharabium de causis, de esse et essentia.* Praeterea *Defensorium seu Correctorium librorum S. Thomae contra Guilielmi Lamarensis, Thomae mastigis corruptorium*, quod opus etiam adscribunt Ioanni Parisiensi. Cf. Cave, Hist. Saec. XIII ad annum 1295. Augustiniani Capitulo generali a. 1287 solemniter ipsius sententias scholasticas ut sui ordinis sententias receperunt.

Guillelmus Durandus Ep. Mimat. (÷ 1295). Ab eo prodiere *Speculum* in tria volumina distinctum ad Cardinalem Othobonum – *Rationale divinorum officiorum libris octo*, – *Repertorium iuris, et Commentaria in Canones Concilii Lugdunensis.* Cognomen ei fuit *Speculator iuris.*

SAECULO XIV.

Augustinus Triumphus (1300). Anconae 1243 natus, unde etiam *Ioannes Anconitanus* appellatus, scripsit *De Spiritu Sancto contra Graecos*

cos ; De consolatione animarum beatarum ; De potestate Praelatorum ; De potestate Collegii, mortuo Papa ; de ortu Romani Imperii ; De sacerdotio et regno ac de donatione Constantini et Commentarium in Canticum Beatae Virginis. Scripsit etiam plurima alia in Sacram Scripturam, in Magistrum Sententiarum, et adhuc in Aristotelem et Porphyrium, et *Commentarium in orationem Dominicam ;* pleraque eius opera in Mss. latent ; collecta inveniuntur in Codice Bibl. Vaticanae.

Nicephorus Callistus (1305). Scripsit *historiae ecclesiasticae libros 23 a Christi nativitate usque ad annum 911 ;* quorum tantum octodecim libri priores supersunt, quos cum acri iudicio legendos monent viri eruditi, quia multas fabulas continent.

Ioannes Duns Scoto Ord. Min. (1266-1308). Cognomine Doctoris subtilis appellatus scripsit. *Opus oxoniense in quatuor libros sententiarum – Opus parisiense in eosdem libros – Librum Quodlibetorum – Librum collationum parisiensium – Librum de primo principio rerum – Librum theorematum – Librum de cognitione Dei – Tetragrammata quaedam – Sermones de tempore et de Sanctis – Commentaria in Genesim – in Evangelia et in Epistolas* (valde obscura) *– Item Quaestiones in Porphyrium, in Aristotelis praedicamenta Perihermenias, Priora, Posteriora, elenchos, de anima, metaphysica et physica.* Omnia opera Scoti collecta edidit Wadding 12 vol. in fol Lugduni 1639.

Rainerius Pisanus (1410). Edidit *Summam*, quae *Pantheologia* inscribitur, non solum de Casibus conscientiae tractans, sed etiam de omni materia praedicabili. Scripsit etiam *Brevem Chronologiam Scriptorum Ecclesiasticorum.*

Durandus Iunior (1312). vel *Durantis* Guilelmus *iunior*, nepos et successor in Episcopatu senioris. Scripsit opus celebre in Synodo Viennensi (1311) de modo celebrandi Concil. generale et de reformatione Ecclesiae.

Petrus Aureolus O. M. (1317). Ab eo prodiere *Breviarium Bibliorum – Commentaria in Libros quatuor sententiarum. – Tractatus de conceptione immaculata B. Virginis.*

Nicolaus Lyranus Ord. Min. (1320). Scripsit *Commentarium*, sive postillam *in universa Biblia – Librum de corpore Christi – Sermones de tempore et de Sanctis – Librum contra Iudaeos – Commentaria in quatuor libros sententiarum – Quaestiones Veteris et Novi Testamenti – Tractatum de visione Dei – Expositionem decem praeceptorum – Tractatum de idoneo ministrante et suscipiente sacramentum altaris.* Praeterea scripsit *De differentiis Veteris et Novi Testamenti, De differentia translationis nostrae et hebraicae veritatis* et teste Wadding *piam contemplationem de vita et gestis S. Francisci.* Opus principale est *Postilla*, in qua plurimum insistit et diu ante alios recentiores *sensui literali* Sacrae Scripturae.

Durandus a S. Portiano Ord. PP. (1320). Reliquit *in quatuor libros Magistri sententiarum Commentaria – Librum de origine iurisdictionum.* Item scripsit *Statuta Synodi dioecesanae Arriciensis anni 1320.*

Franciscus Mayron. O. M. (1320). Ei debentur *Commentaria in libros quatuor Magistri Sententiarum - Quodlibeta – Formalitates - de primo principio - de expositione divinorum nominum ac de univocatione* - Scripsit praeterea *Quadragesimale et Sermones de sanctis - de paupertate Christi et Apostolorum - De virtutibus et vitiis capitalibus - de articulis fidei – de baptismo - de humilitate - de indulgentiis - de corpore Christi - de Angelis - de suffragiis defunctorum – de poenitentia - de ieiunio - de ultimo iudicio - de septem donis Spiritus Sancti.*

Hervaeus Natalis O. P. (1320). Praeter opera philosophica ei debentur *Commentaria in quatuor libros sententiarum - Tractatus de potestate Papae – Quodlibeta maiora quatuor, Quodlibeta minora viginti quatuor - Defensorium contra impugnantes fratres Praedicatores quod non vivant secundum apostolicam vitam.*

Pelagius Alvarus (1320). Scripsit *Opus de planctu ecclesiae - Apologiam contra Gullielmum Ockam. - Speculum Regum - In libros Magistri Sententiarum.*

Bernardus Guido O. PP. (1320). Edidit *Chronicon Romanorum Pontificum, imperatorum et regum francorum usque ad annum 1330: Speculum Sanctorale seu Sanctorum chronologiam Episcoporum Tolosanorum et Lemoricensium, cum catalogo Episcoporum Lodovensium.* – et lib. *de fundatione et progressu Conventus Semoricensis FF. Praedicatorum. – Vitam S. Fulchranni Ep. Lodovensis.*

Ioannes Baconus (1329). Scripsit *Comm. in 4 Libros Sententiarum – Compendium legis Christi*, et *Quodlibeta.*

Ioannes Bassolius Ord. Min. (1329) Edidit *in quatuor Libros Sententiarum* non contemnenda *Commentaria.*

Petrus Paludanus Ord. PP. (1330). Scripsit *in quatuor Libros Magistri Sententiarum – Tractatum de causa immediata ecclesiasticae potestatis – Sermones de tempore.*

Guido de Perpiniano Carm. (1330). Edidit ingens volumen *de omnibus haeresibus.*

Petrus Bertrandus Card. (1330). Edidit *libellum contra Petrum de Cuneriis super facto praelatorum Ecclesiae Gallicanae pro eiusdem Ecclesiae libertate.* Scripsit quoque *responsa multa* et *librum, sive tractatum de origine et usu iurisdictionum* sive de spirituali et temporali potestate.

Alexander De Sancto Elpidio Ord. Aug. (1330). Scripsit *Opus de Ecclesiae potestate unitate, paupertate. Tractatum de ecclesiastica*

potestate - Tractatum de Iurisdictione imperii, et de auctoritate Summi Pontificis.

Ioannes Villani (1330). Reliquit *Libros 12. Historiae ab aedificatione turris Babel usque ad annum aerae christianae 1348* a Matthaeo Villani, ejus fratre 12 libris continuata usque ad annum 1364. Cf. Muratori scriptor. rer. Ital. tom. XIII. Quae usque ad cap. 105, lib. 7. Villani habet, plerumque ad verbum desumpta sunt ex Malespini; quae deinceps, sua sunt.

Ptolemaeus Lucensis O. PP. (1340). Reliquit *historiam ecclesiasticam a Christo nato usque ad annum 1312, et annales ab anno 1060 usque ad an. 1303.*

Richardus Ep. Armachanus (1347). Scripsit *Libros novemdecim adversus errores Armenorum - Librum adversus religiosos mendicantes pro Parochis* – Fertur etiam scripsisse *in Libros quatuor sententiarum.* Edidit praeterea *Libros de paupertate et de intentionibus Iudaeorum, et sermones aliquos.* Hic auctor caute legendus est propter multos errores in quos incurrit circa potestatem presbyterorum, paupertatem Christi, et statum religiosorum mendicantium.

Ioannes Andreas († 1348), qui dicebatur « Pater iuris Canonici et omnium iuris Canonici interpretum facile princeps » exaravit *Commentarios in Libros sex Decretalium, et in Clementinas.*

Thomas Bradwardin O. Min. (1290-1349). Celebris non solum ut mathematicus et astronomus (scripsit enim *de quadratura circuli, de geometria speculativa, de arithmetica speculativa et practica – de proportione velocitatum – aequationes Planetarum - Coniunctiones et oppositiones luminarium* quae omnia adhuc in Mss. latent), sed etiam in theologia ita versatus ut cognomine Doctoris profundi honoraretur. Scripsit *de causa Dei contra Pelagium* et *de virtute causarum* ad suos Mertonenses Lib. 3.

Lupoldus De Belenburg (1350). Famosus iurista et discipulus Ioannis Andreae Bononiensis, scripsit de iuribus Regni et Imperii Romanorum - de zelo christianae Religionis veterum Principum germanorum.

Thomas Argentinus (1350) Edidit – *Commentaria in Magistri sententiarum libros; Solutiones quaestionum e sacris Scripturis; Sermones; Epistolas; librum Meditationum.*

Ioannes Taulerus O. P. (1290-1361). Ejus opera sunt *Conciones de Tempore – Conciones de sanctis - Tractatus de veris virtutibus Institutionibusque divinis - Epistolae ad diversos - Prophetiae de plagis sui temporis – Cantica quaedam spiritualia animae Deum impendio amantis – De novem rupibus* sive gradibus *christianae perfectionis – Speculum lucidissimum et exemplar D. N. Jesu Christi – Convivium M. Eckardi iucundum et pium – Colloquium Theologi et*

Medici – Oratio fidelis praeparatoria ad mortem – Praeparationes quatuor notabiles ad mortem felicem – Notabilis alia ad mortem felicem praeparatio – De decem caecitatibus et quatuordecim divini amoris radicibus libellus. Notandum vero est quod monuit Surius, instructionem de virtutibus et quae sequuntur ex diversis Tauleri scriptis collecta esse, quibusdam aliunde ex illustrium virorum lucubrationibus admixtis.

Ioannes Gerson Mon. Cael. (1363-1429). Celeberrimus et scientia et studio unitatis ecclesiasticae unde titulus Doctoris christianissimi ei obtigit, scripsit opus Petro Alliacensi dedicatum *de modo pacificandi, reformandi ac uniendi Ecclesiam* – Exul in Bavaria scripsit *de consolatione theologiae* – Extant praeterea opera *de plenitudine potestatis ecclesiasticae, de statibus ecclesiasticis – de unitate ecclesiastica, Tractatus 2. de schismate – Tractatus quomodo et an liceat in causis fidei a Papa appellare – Tractatus contra Papam supra potestate et auctoritate Ecclesiae – de excommunicatione.* Opera ejus complectuntur 5. Vol. in fol.

Marsilius ab Ingen (1370). Scripsit *Commentaria in quatuor libros sententiarum*, quae sola prelo mandata sunt. Cetera sunt adhuc manuscripta.

Ambrosius Camaldulensis (1386). Vertit plurimos graecos libros in latinam linguam ut Pseudo-Dionysii opus de caelesti hierarchia, Vitam S. Chrysostomi (Palladii opus gracce); scripta S. Ioannis Climaci et Diogenis Laertii. Scripsit vero Chronicon Passinense, vitas Sanctorum, Sermones de admirabili Sacramento corporis Christi et alia.

Idiota *seu* Raymund. Iordanus (1381). Multa edidit opera quae evulgata fuerunt sub nomine Idiotae, haec autem omnia auctori suo restituta, edidit Theophilus Raynaudus S. I.

Petrus Alliacensis Card. (1396). Ab eo extant *Commentarii super libros 4. sententiarum* una cum laudibus Theologiae et *quaestionibus de potestate Ecclesiae – Tractatus de Ecclesiae et Cardinalium auctoritate – Responsio contra Fr. Matthaei conclusiones pro secta flagellantium. – Libellus de emendatione Ecclesiae – Meditationes in septem Psalmos poenitentiales – Vita S. Caelestini V. Sermones varii.* Ad haec, praeter Tractatus varios philosophicos, potissimum circa concordantiam astronomiae cum Theologia, edidit *Speculum considerationis: compendium contemplationis. L. de scalae spiritualis gradibus – Epitome quadruplicis exercitus spiritualis – de oratione dominica L. – Orationis dominicae expositionem anagogicam – Salutationis angelicae expositionem devotam – Verbum abbreviatum super Libros Psalmorum – Meditationem in Psal. XXX* In te Domine speravi *– Meditationem alteram in eumdem Psalmum – Medita-*

tionem in Ps. Iudica me Deus - *Meditationes in septem Psalmos poenitentiales* - *Meditationem in cantica* Magnificat, Benedictus et Nunc Dimittis - *Expositionem in cantica canticorum Salomonis* - *Duodecim honores S. Ioseph Sponsi Virginis.*

SAECULO XV.

Leonhardus de Rubeis Ord. Min. († 1405). Sui ordinis generalis electus an. 1373, Episcopus Ostiensis et Velitrensis creatus a Benedicto XIII. scripsit *in Cantica Canticorum 140 Capita* - *Summam Theologiae Moralis* - *In Lib. IV. Sententiarum Thomae Aquinatis Comment.*

Nicolaus de Clemangis (1400-1434). Gersonis amicus et Petri Alliacensis discipulus, scripsit de studio theologico, epistolas 137 et carmina, denique opus super materia Concilii generalis.

Thomas Waldensis (fl. an. 1410.) Reliquit egregium opus inscriptum *Doctrinale fidei antiquae* tribus tomis distributum. In primo tomo disputatur contra haereticos Wicleffitas et Hussitas, de Deo, de Christo, de Petro, de Ecclesia et de Religiosis; in altero de Sacramentis; in tertio de Sacramentalibus.

Hieronymus a S. Fide. (fl. a. 1410) Scripsit tractatum *de refellendis Judaeorum erroribus*, et alterum adversus *Thalmudicas quisquilias.*

Jacobus Toletanus Ord. S. Aug. (fl. a. 1415) Dedit opus cui titulus *Sophologium de inquisitione divinae sapientiae.*

Ioannes Capreolus Ord. PP. († an. 1415) S. Thomae doctrinae defensor egregius, edidit *Commentaria in quatuor Libros Mag. Sentent.* in quibus Aquinatem vindicat adversus Ioann. Scotum, Petrum Aureolum, Nominales aliosque illius doctrinae impugnatores.

Dominicus Card. Iacobatius (fl. an. 1417) Opera eius sunt *Tractatus de Concilio* - *de loco Concilii* - *ad quem spectat congregare Concilium* - *quando sit congregandum Concilium* - *Quales debent esse interfuturi Concilio* - *An Papa habeat auctoritatem a Conciliis generalibus, et an Concilium possit restringere auctoritatem Papae* - *An Cardinales, qui discesserunt a Papa possint aggregare Concilium* - *An Papa possit accusari de haeresi* - *Ex quibus causis et quomodo possit Papa deponi* - *De appellatione a Papa ad Concilium.*

Theodoricus de Niem († an. 1417) Edidit opus *de schismate* inter Urbanum VI. et Clementem Antipapam - *Vitam Ioannis XXIII* - *Privilegia et Iura Imperii circa investituras Episcopatuum et Abbatiarum restituta a Papis Imperatoribus Romanis* - *Excerpta de*

potestate imperiali et papali - De necessitate reformationis ecclesiasticae in capite et membris - Invectivam in diffugientem a Concilio Ioannem - Exhortationem ad Rupertum Regem Romanorum ut Pontificum schisma extirpet - Chronicon sive Vitas Pontificum a Nicolao IV. usque ad Urbanum V.

Paulus Burgensis (fl. an. 1430) Scripsit *additiones ad Postillam Nicolai Lyrani et Scrutinium Scripturarum* in duos libros tributum.

Ioannes Nider Ord. PP. (fl. an. 1431.) Dedit *Praeceptorium* seu *Tractatum de decem praeceptis - Myrmecia Bonorum* seu *Formicarium* ad exemplum sapientiae de formicis - *Consolatorium timoratae conscientiae – Lib. de modo bene vivendi - de reformatione Religiosorum lib. 1 - Sermones totius anni, de tempore, de Sanctis et quadragesimales.*

S. Bernardinus Senensis (fl. a. 1438). Opera eius sunt *Quadragesimale de Religione Christiana - Quadragesimale de Evangelio aeterno - Adventalia duo*, unum *de vita christiana* in quo docte disseritur de octo beatudinibus, alterum de *Inspirationibus - Quadragesimale de pugna spiritali - Quadragesimale Seraphicum* nuncupatum i. e. de amore - *Sermones de quatuor novissimis et 25* alii *sermones* dicti *extraordinarii.* Scripsit praeterea *Tractatum de confessione - De speculo peccatorum - De praeceptis Regulae Minorum - de praeceptis Religiosi - Epistolam ad fratres familiae ultramontanae - de aspirationibus quotidianis ad Deum - Dialogum de obedientia - Sermones* de *Christo Domino*, de *augustissimo Eucharistiae Sacram. de Virgine deipara, de tempore, de Sanctis - Commentaria in Apocalypsim B. Ioan. Evang.* Eius opera edita sunt Venet. an. 1591, rursus anno 1636 Parisiis in V. T. in fol. ac tandem Venetiis an. 1745. in V. T. in fol.

Franciscus Zabarella Card. Arch. Flor. (nat. a. 1339). Dedit *Comm.* in *Decretales* et *in Clementinas* edita Venetiis an. 1602 in fol. - *Tractatum de horis canonicis - Lib. de schismate* qui prohibitus est donec expurgetur - Alium *Comm. in Clementinas* ed. Venet. an. 1481. 1487. in fol. - *Consilia Iuris* edit. Venet. an 1581. in fol. et variarum *legum repetitiones*, quae prodierunt in lucem Venet. 1587 in fol.

Iosephus Ep. Methonensis (fl. a 1440). Exaravit *responsionem pro Concilio Florent. ad librum Marci Ephesii* calumniatoris eiusdem Concilii.

S. Ioann. de Capistrano Ord. Min. (nat. a. 1385. † 1440) Edidit *Tractatum de auctoritate Papae et Concilii - de dignitate ecclesiastica - de matrimonio - de excomunicatione - de canone poenitentiali - de poenis inferni et purgatorii - de Sapientia Christi - de paupertate Christi - Speculum Conscientiae - Speculum Clericorum - Defensorium Tertii Ord. a S. Francisco instituti - Epistolas* varias.

Georgius Trapezuntius (fl. a. 1440). Practer multa quae e graeco in latinum vertit, ac praeter Rethoricorum Lib. 5. reliquit aliqua scripta inter quae recensentur *de processione Spiritus Sancti Lib. contra Graecos – Expositio* in illud « si volo eum manere etc. » qua probare nititur S. Ioannem nondum obiisse, et *Lib. de eleemosyna* et *de veritate fidei christianae.*

Card. Bessarion (fl. a. 1440) Scripsit *Tractatum de Sacram. Eucharistiae - Lib. de Sp. Sancto contra Marcum Ephesinum* aliumque eiusdem argumenti adversus Alessium Lascarin Philanthropinum - Defendit Platonem contra aristotelicum Georgium Trapezunt. in Libro *contra calumniatorem Platonis lib. IV.* Tandem ab eo prodiere *Responsio ad quatuor argumenta Maximi Planudis de processione Spiritus Sancti ex solo Patre - et Epistola catholica sive generalis ad omnes, qui sedi Constantinopolitanae subsunt.*

Nicolaus de Tudeschis Abb. Bened. († an. 1443) Edidit *Comment. in Libros Decretalium - Consilia - Quaestiones - Practica.*

S. Antoninus Ep. Florent. (nat. an. 1389. † 1459.) Ab eo prodiere *Theologia mystica – Summa Theologica* in quatuor tributa partes - *Liber de eruditione Confessorum* seu *Summa Confessionalis.*

Card. Nicolaus Cusanus (nat. an. 1401) Opera eius sunt *de concordantia catholica Libri 3; Tractatus de auctoritate praesidendi in Concilio generali; de docta ignorantia lib. 3; Apologia doctae ignorantiae; de coniecturis lib. 2; de filiatione Dei Lib. 1; de visione Dei lib. 1; de ludo globi lib. 2; de fortuna lib. 1; discretio unitatis; de principio rerum omnium; dialogus de Beryllo; de dato Patris luminum; de quaerendo Deum: de venatione sapientiae; de apice Theoriae; de Deo abscondito; de annunciatione Lib. 1; excitationum lib. 10; de aequalitate lib. 1; Epistolarum lib. 1; de pace fidei, lib. 1; Cribrationum Alchorani lib. 1; de novissimo die lib. 1; Reparatio kalendarii; Complementum theologicum,* et alia opera philosophica.

Dionysius Carthusianus (nat. a. 1403). Appellatus Doctor aestaticus, scripsit in omnes libros Scripturae divinae V. Tom. in folio; *Commentaria in quatuor Libros Sentent. libellum de quatuor novissimis* caute legendum propter aliqua minus exacte dicta circa statum animarum in Purgatorio; *de ente et essentia; de reformatione claustralium; Epistolam ad Principes catholicos – Medullas operum S. Thomae - Supplementum Summae ex scripto eiusdem S. Thomae super IV. Sentent.*

Georgius Scholarius (fl. a. 1452) Exaravit *Orationes quatuor ad Synodum Florentinam - Confessionem* seu sermocinationem *habitam cum Sultano Mahomete II de recta et inculpata christianorum fide; Libellum de articulis fidei* ad eumdem Mahometem; *Expositio-*

nem seu *Apologiam pro sancta et oecumenica synodo Florentina; Tractatum de praedestinatione; orationem in unum in natura et trinum in personis Deum; expositionem literarum in sepulchro Magni Constantini excusarum de excidio urbis Constantinopolitanae et Turcarum imperio.*

Alphonsus Tostatus († 1455) Adeo excelluit doctrinae fama, ut in eius sepulchro sequens Epitaphium fuerit positum « Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne » Eius opera sunt *Comment. in Genesim; in Exodum; in Leviticum; in lib. Numerorum; in Deuteron. in Iosue; in Iudicum et Ruth, in I. Lib. Regum, in II. Regum, in III. Regum, in IV. Regum; in lib. Paralipomen. et in Evangelium S. Matth.* - Dedit praeterea varia Opuscula sub titulis sequentibus *defensorium trium Conclusionum; de quinque figuratis paradoxis; libellus de Ssma Trinitate - lib. in illud* « Ecce Virgo concipiet » *Libellus contra Sacerdotes publicos concubinarios; libellus de statu animarum post mortem; libellus de optima politia.* - Opera omnia Tostati edenda curavit Card. Ximenes an. 1507. Venet. 13. Tom. in fol. Editio novissima pariter Veneta an. 1728 absolvitur 27. Tomis in fol. quorum viginti quatuor complectuntur eius Commentaria in Scripturas, ceteris vero tribus reliqua continentur scripta.

S. Laurentius Iustiniani (nat. a 1381. † 1455). Ab eo prodiere opera inscripta *Lignum vitae; de disciplina et spirituali perfectione; de casto connubio Verbi et animae; fasciculus amoris; de triumphali agone Christi; de interiori conflictu; de complanctu christianae perfectionis; Sermones de festis Christi, Deiparae et Sanctorum; de vita solitaria; de contemptu mundi; de spirituali interitu animae; de eiusdem resurrectione spirituali quae per mediatorem Dei et hominum Christum Iesum fit gratia ipsius multipliciter operante; de regimine et institutione Praelatorum; de obedientia, de humilitate, de gradibus perfectionis* - Epistolae variae. - Eius opera in unum collecta prodierunt Basileae an. 1560, Lugduni an. 1568, Venetiis an. 1606, Coloniae an. 1606, iterum Lugduni an. 1628 et Venet. an. 1751.

Alphonsus Spina Ord. Min. (1450) dedit *Sermones de excellentia nominis Iesu*, quos inscripsit « Fortalitium fidei » contra Iudaeos, Mahumetanos, aliosque christianae fidei inimicos.

Iacobus Peretius Ord. Aug. (fl. an. 1468) Edidit *Comment. in Psalmos et in Cantic. Canticorum* et *Tractatum de Christo reparatore contra Iudaeos.*

Card. Ioan. Turrecremata (fl 1468) Opera eius sunt *Summa de Ecclesia et eius auctoritate Libb. 4. - In Decretum Gratiani Comm. LL. 5;* de Pontificis Maximi Conciliique auctoritate *ad Basileensem Oratorem responsio; Comment. in Psalterium Davidis; Sermones de*

Tempore; de Sanctis; de poenitentia; de Concilio Florentino; de Consecratione; de Conciliis; de Conceptione domini; *de unitate Graecorum et de Sacramentis; de aqua benedicta tractatus; de veritate conceptionis Bmae Virg. Mariae* tractatus in 13. partes divisus; *Commentaria in Regulam S Benedicti.*

Henricus Harphius Ord. Min. (1468). Ab eo prodiere *Theologia mystica cum speculativa et affectiva lib. 3. Speculum aureum in decem praecepta Decalogi; Speculum perfectionis; collationes tres de perfectione vitae; Sermones de Tempore, de Sanctis et de tribus poenitentiae partibus; de triplici adventu Christi; Tractatus de effusione cordis; Directorium aureum Contemplativorum.* Theologia mystica interdicta fuit nisi expurgata esset ad exemplum editionis quae facta fuit Romae an. 1585.

Ioannes Raulinus (1476) Scripsit *Sermones de adventu Domini; Sermones quadragesimales; Sermones de festivitatibus Sanctorum totius anni; Itinerarium Paradisi; Doctrinale de triplici morte naturali, culpae et gehennae; Sermones 14. de Eucharistia; Volumen Epistolarum 55. Orationem de Reformatione cleri ad Capitulum generale; Comment. in omnes logicos Libros Aristotelis.* Opera Raulinii theologica prodierunt Antuerpiae an. 1672; Sermones Paris. 1642 cf. Cave Append. pag. 193.

Stephanus Brulifer Ord. Min. (1480) Eius opera sunt *Reportata in IV. Lib. Sent. S. Bonaventurae; Liber de Sma Trinitate; Sermones de paupertate Christi; Tractatus de timore servili et de donis Dei; Tractatus de formalitatibus ad mentem Scoti; declaratio identitatum et distinctionum rerum secundum Scotum; concio de valore Missarum.* Prodierunt eius opera Parisiis an. 1499 et an. 1500. Cf. Cave Script. Eccles. Append. pag. 197.

Bartholemaeus Platina († 1481) Scripsit *vitas RR. Pontificum* a S. Petro usque ad Xistum IV. quas usque ad Pium V. continuavit Onuphrius Panvini. Platina vero in nonnullis, maxime in iis quae spectant Paulum II, pro suspectae fidei auctore habendus est. Scripsit etiam *Lib. de naturis rerum; libros 10 de honesta voluptate* et *valetudine* et *epistolas ad diversos;* insuper *libr. 3. de falso et vero; dialogum de vera nobilitate; Panegyricum in laudem Card. Bessarionis; Orationem ad Paulum II de pace Italiae componenda; historiam inclytae urbis Mantuae et serenissimae familiae Gonzagae.* Contra Platinae exaggerationes de vita Pauli II. scripsit Card. Quirini.

Gabriel Biel († 1495). Edidit *Commentaria in Lib. IV. magistri Sententiarum — Expositionem Canonis Missae; Sermones de tempore, de Deipara ac de Sanctis; Libellum de Monetarum potestate simul et utilitate; Historiam Dominicae passionis; defensorium obedientiae Pontificis ad Ecclesiam Romanam.*

Ioannes Picus Miranb. (nat. a. 1463. † a. 1494.) Dedit *Expositionem in 1. Caput Genesis* et *de opere sex dierum conclusiones nongentas*, quas disputandas publice proposuit; *Apologiam adversus eos qui aliquot eius conclusiones carpebant; De ente et uno Tractatum; Regulas VII.* sive praecepta *ad Christianae vitae institutionem et spiritualis pugnae arma quibus adiutus homo, mundum et tentationes vincere potest – Comm. in Psal. XV.* « Conserva me Domine » Item *Tractat. de Christi regno et vanitate huius mundi; Expos. in Orat. Dominicam*; *Epistolarum Lib. 1. In apologiam disputationum Lib. 12. In Platonis convivium Lib. 3; Elegiam in Florentium in laudem Hieronymi Beniveni.* Opera utriusque Pici (avunculi et nepotis) prodiere Basileae T. 2. in fol. anno 1573, 1601.

Hieronymus Savonarola († 1498) Suspensus in patibulo per iudicem. Scripsit *Compendium Ethicae*, et multos Sermones quorum aliqui in indicem librorum prohibitorum relati sunt cum addito « donec corrigantur ». Scripsit etiam opus cui titulus *Triumphus Crucis, Lib. de simplicitate christiana: Comment. in orat. dominicam et in aliquot Psalmos.*

Angelus de Clavasio Ord. Min. (fl. a 1480). Scripsit *Summam casuum conscientiae* vulgo dictam *Angelicam*; *Tractatum de restitutionibus* et alium cui titulus *Arca Fidei.*

Marsilius Ficinus (nat. 1433. † 1499) Vertit in latinum Platonem, Plotinum, Porphyrium, Proclum, Alcinoum, Synesium, Psellum, carmina aurea Pythagorae, Athanagorae opus de resurrectione carnis et Dionysii Areopagitae opera. Scripsit vero *de christiana religione et pietate Lib. - Sermones sex - de Deo – Orationem Christianorum ad Sixtum IV. - de Charitate, de immortalitate animorum ac aeterna felicitate lib. 18. Theologiae Platonicae. - Comm in Epist. S. Pauli* et alia.

SAECULO XVI

Joannes Faber (fl. 1500). Ejus opera sunt *Malleum haereticorum - Orthodoxae fidei defensio adver. Balthassarem Pacimontanum - De potestate Summi Pontificis contra Lutherum lib. 1. - Homilias* varias.

Albertus Krantz (fl. a. 1500) Opus ejus notissimum est *Metropolis* seu *historia ecclesiastica Saxoniae lib. XII* comprehensa atque edita Francf. ann. 1575, 1590, 1627. Scripsit etiam *Historiam Saxonicam* in XIII libros divisam - *historiam Wandalicam* in lib. XIV, *Chronicon* aliarum gentium septentrionalium scilicet regnorum *Daniae, Sueciae, Norwegiae* (ed. Francf. an. 1575) Tandem ei debetur *Ordo Missae* secundum ritum Ecclesiae Hamburgensis in lucem edit. Rosthok an. 1505.

Jacobus Almainus (1502) Scripsit *Moralia - Comm. in III. et IV. Librum Sententiarum* et in hoc ultimo a Dist. XIV. ad XXXVII - *De potestate ecclesiastica* – *De Auctoritate Ecclesiae* seu Sacrorum Conciliorum.

Franciscus Ferrariensis (1502) Edidit egregia *Commentaria in Summam S. Th. contra Gentes - Lib. 6 de vita B. Osannae Mantuanae*, et alia opera philosophica.

Sylvester Prieras (1502) Scripsit *in quatuor Libros Sententiarum Comm. - Summam casuum conscientiae* – Librum super evangelia inscriptum « Aurea Rosa » *Librum de strigibus* conflatum ex operibus S. Thomae, et alia nonnulla.

Fr. Ximenes Card. (1506) Novam Ss. bibliorum editionem curavit, quae a numero linguarum Polyglotta et a loco quo confecta sunt Complutensia dicuntur.

Joan. Zamora Ord. Capp. (1506) Ab eo habentur *De eminentissima Deiparae et Virginis perfectione libri tres - et Commentaria Theologica de Deo trino et uno* – in quo opere Auctor conciliat sententias S. Bonaventurae, Thomae et Scoti.

Thomas Card. Caietanus O. P. (1510) Scripsit *Commentaria in omnem sacram Scripturam*, praeterquam in Prophetas et in Apocalypsim ed. Lugduni 1730 5. Vol. fol. – *Commentaria in totam Summam S. Thomae* – Opuscula permulta et *librum jentaculorum* – denique *summam casuum conscientiae.*

Joannes Trithemius († 1516) Concinnavit *Chronologiam mysticam* – *Compendium* seu *Breviarium Chronicorum de origine gentis et Regum Francorum* ab anno 433 ante Christ. ad an. 1514 - *Chronicon success. ducum Bavariae et comitum Palatinorum; Lib. 1. de luminaribus germaniae; de viris illustribus Ord. S. Benedicti Lib. IV; Epistolas familiares* et alia plura.

Joannes Figher (1520) Opera ejus sunt - *Assertio septem Sacramentorum Sanctae romanae Ecclesiae* adversus Martinum Lutherum- Ejusdem assertionis *defensio* – Contra captivitatem Babylonicam ejusdem Lutheri capit. 12 assertionis Lutheranae *confutatio* - *De Eucharistia contra Joannem Oecolampadium Libri 5* – *Sacri Sacerdotii defensio* contra Lutherum – *Convulsio calumniarum Ulrichi Veleni Minhoniensis* quibus Petrum Apostolum numquam Romae fuisse cavillatur. - *Concio* Londini habita varnacule quando *Martini Lutheri scripta publice igni tradebantur*, a Richardo Pacaeo latine reddita - *De unica Magdalena libri 3* – *Commentarii in septem Psalmos Poenitentiales* – *Methodus perveniendi ad summam christianae religionis perfectionem* - *Epistola de charitate christiana; de necessitate orandi; et precationes selectae* ex David et ex Novo Testamento - *Conciones*

duae, una de passione Domini, altera de justitia Pharisaeorum et christianorum. Scripsit *Enchiridion* in quo controversias plures breviter et dilucide pertractat - *de sacrificio Missae Libros 2* - de eodem iterum lib. 3 - *De primatu S. Petri* - *de poenitentia et virtutibus poenitentiae adnexis* - *postillas* sive homilias *de tempore et de Sanctis* - Scripsit etiam opera nonnulla philosophica.

Joannes Cochlaeus (1530) Scripsit opuscula plurima contra Lutherum Melanchthonem aliosque sectarios - *librum de actis et scriptis Lutheri* valde utilem ad Lutheranos confutandos - *Septicidem Lutherum* ut ostenderet eius contradictiones et inconstantiam - *historiam Hussitarum* libris duodecim comprehensam.

Jacobus Latomus (1530) Edidit *responsionem ad articulos Lutheri* - *de primatu Pontificis librum* - *de fide et operibus et notis monasticis* - *de confessionis secreto* - *de quaestionum generibus quibus Ecclesia certat intus et foris* - *de oratione pro defunctis* - *de intercessione Sanctorum* - *de sacris imaginibus honorandis* - *de ciborum delectu et jejuniis* - *de causa.*

Franciscus de Victoria Ord. PP. († 1546) Ab eo prodiere *L. de potestate Ecclesiae* - *de potestate civili* - *de potestate Concilii* - *de indis* - *de matrimonio* - *de argumento charitatis ac de eo ad quod tenetur perveniens ad usum rationis.* Extat quoque sub ejus nomine *summa de Sacramentis* quam non ipse, sed eius discipuli ex scriptis ipsius collegerunt.

Card. Polus (1530) Opera ejus sunt *Tractatus de veritate Ecclesiastica* - *De officio et potestate Summi Pontificis* - *et de Concilio Tridentino* - *Sermones et Epistolae.*

Melchior Canus Ord. P. († 1560) Auctor est operis praestantissimi *de locis theologicis* in 12 libros distributi.

Joannes Driedo. Adversus Lutheranos errores disputavit de gratia et libero arbitrio hujusque cum divina praedestinatione concordia; de captivitate et redemptione humani generis, de scripturis et dogmatibus ecclesiasticis.

Bartholomaeus Medina Ord. PP. († a. 1581) Confecit *Commentaria in S. Thomam et instructionem de Sacramento poenitentiae*, primus fuit qui doctrinam de opinionibus probabilibus in systema redegit.

Ambrosius Catharinus Ord. PP. († 1543). Scripsit *in quinque priora Capita Genesis* - *et in epistolas S. Pauli, et Canonicas* - Scripsit etiam opus adversus Martinum Lutherum. Aliqua ex operibus ejus Ecclesiae judicio improbata sunt, quare caute legenda monemus.

Dominicus Soto Ord. PP. († 1560) Reliquit *Commentarium in Epistolam ad Romanos* - *de natura et gratia libros tres* - *de ratione legendi*

et detegendi secretum libros tres – de justitia et jure libros decem – Commentaria in quatuor libros sententiarum – in dialecticam et Philosophiam Aristotelis commentaria et opuscula minutiora *de juramento in causa pauperum,* aliaque id genus. Fuit vir doctissimus et Concilio Tridentino interfuit.

Petrus Soto Ord. PP. (1563) Scripsit *de institutione Sacerdotum.*

Card. Carolus Sigonius (1577) Ab eo habentur *Tractatus de republica Hebraeorum – De republica Atheniensium Libri IV. – Historia de Occidentis Imperio – De regno Italiae Libb. XX* ab an. 679 usque ad annum 1300 – *Historia Ecclesiastica* usque ad an. 311 – *Tractatus de jure romano – Notae in Titum Livium.* Omnia ejus opera collecta sunt ab Argellati ac edita Mediol. an. 1732 – 57 in 6 vol. in fol.

Jacobinus Malafossa Ord. Min. (fl. a. 1564.) Edidit *Enarrationem in lib. sententiarum Scoti,* in qua 130 enantiophanias solvit.

Fridericus Staphylus († 1564.) Opus adumbravit *De ultima,* et *magna defectione adventum antichristi praecessura.* Libellus iste, inquit Engerdus, a piis omnibus inter caetera scripta Staphyli maxime in deliciis habendus, quod quaedam quasi extremi judicii tuba videatur, qua torpentes excitentur animi et nutantes confirmentur.

Onuphrius Panvini Ord. S. Aug. († 1568.) Scripsit *Epitome vitarum RR. Pontificum a S. Pietro usque ad Paulum IV; Chronicon ecclesiasticum a C. Julii Caesaris tempore, usque ad Maximilianum II. De ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos, et de eorum Coemeteriis; De Sibyllis, et carminibus sibyllinis; Fastorum lib. 5. De Primatu Petri, et Apostolicae sedis potestate; De antiquo ritu baptizandi cathecumenos.* Reliquit etiam *Annales ecclesiasticos adversus Centuriatores,* qui tamen mss. servantur in Bibliot. Vaticana. Opera ejus eruditione singulari et solida commendantur.

Sixtus Senensis Ord. Praed. († 1569.) Ex multis ejus operibus, illud valde laudabile superest inscriptum *Bibliotheca sancta.* In ea artem exponendi Scripturam Sacram tradit,ejus interpretes recenset, ac haereses adversus singulos N. T. libros exortas confutat.

Cornelius Jansenius Epis. Gandav. († 1576.) Praeter alia reliquit *Concordiam evangelicam* quam auxit adjecto *Commentario in concordiam, et totam historiam evangelicam – Commentarios in Proverbia, Ecclesiasticum, L. Sapient. Canticum Cantic. et in Psalmos.*

Andreas Vega Ord. Min. († 1560). Insignis Concilii Trid. Theologus reliquit egregios tractatus *de iustificatione, de gratia, de fide, operibus et meritis et Comm. in Psalmos.* Ed. sunt ejus opera Alcalà an. 1564. in fol.

Didacus De Paiva de Andrada († 1578.) Scripsit *Orthodoxarum explicationum lib. 10* et contra Chemnitium *Defensionem Trident. fidei cathol. lib. 6.*

Laurentius Surius Ord. Carthus: († 1578.) Multa opera, doctorum latine reddidit; - *22 patrum et script. eccles. vulgavit homil.* - novam adornavit *Concil. Collectionem*, scripsitque *Commentarium brevem rerum in orbe gestarum ab A. salutis 1500. ad A. 1564.* Eminet autem inter caetera ejus opera illud *De probatis vitis Sanctorum t. 6.* In quo opere vitas rudiori oratione conscriptas suo reddidit stilo, longioresque contraxit. Nemo vero, judice Bollando, illius studium et industriam in colligendis vitis sanctorum adaequavit.

Card. Stanislaus Hosius († 1579.) Fuit Concilii Tridentini Praeses. Aequales eum salutarunt ut Ecclesiae columnam, atque haereticorum malleum. Plura scripsit opera, inter quae eminent *Confessio cathol. fidei christianae; De expresso Dei Verbo; Dialogus de communione S. Eucharistiae sub utraque specie; De conjugio sacerdotum, et sacro in vulgari lingua celebrando; De loco et auctoritate rom. pontif. in ecclesia Christi, et in Conciliis.*

Josephus Angles Ord. Min. (fl. 1581.) Emisit *Flores theologicarum qq. in 2. et 4. ll. Sententiarum.* In theologia morali inter auctores graves a nonnullis numeratur.

Petrus Ciaconus († 1581) Ab eo prodiere - *Annotationes in Arnobii adversus gentes ll. 7.* et *Minucii Felicis Octavium* – item in *Joannis Cassiani opera.* Ipsius etiam sunt *In Tertulliani opera conjecturae;* et in *S. Isidori praesulis Hispalensis etymologiarum ll. 20. notae.*

Franciscus Forerius Ord. Praed. († 1581.) Adhibitus fuit cum Leonardo Marino Archiep. Lancianensi, et Aegidio Fuscarario Epis. Mutinensi corrigendis Missali, et Breviario romano, indici librorum prohibitorum componendo, et concinnando Catechismo ad Parochos; et si fides adhibenda est Munoz, Synodi Tridentinae Patribus, cui tamquam Theologus Sebastiani regis interfuit, adeo perspecta probataque erat Forerii eruditio et solertia, ut ipse s. Concilii textus quo utimur, ab ipso prodierit. Egregium est ejus opus inscriptum *Isaiae prophetae vetus, et nova ex hebraico versio cum commentario.*

Joannes Maldonatus S. I. († 1583.) Ejus opera sunt. *Commentaria, in 4. Evangelia; Comment. in prophetas 4. Jeremiam, Ezechielem, Baruch,* et *Danielem; expositio Ps. 109.* et *Ep. de collatione sedanensi cum calvinistis; Comment. in Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Cant. Cantic. Librum Sapientiae, Isaiam; Disputatio de fide; Disputationum ac controversiarum decisarum, et circa septem Eccl. rom. sacramenta inter catholicos praesertim, et calvinistas, tum alios hoc tempore agitari solitarum. Opera varia theologica,* quae praeter disputat. de sacramentis, complectuntur *Tractatus Theologicos de libero arbitrio, de gratia, de peccato originali, de providen-*

tia, de justitia, et de justificatione. Tandem ei debetur *de caeremoniis tractatus.* Maldonatus interpretandi sagacitate et peritia omnes suos aequales superavit. – Inter ejus opera praestantissima sunt *Comm. in Evangelia* quorum editio opt. et rara est Paris. 1596. 1597.

Gaspar Frank († 1584) Plura reliquit opera quorum praecipua sunt: *Tractatus de ordinaria legitima, et apostolica vocatione sacerdotum, et concionatorum; de extremo, visibili, et hierarchico Ecclesiae catholicae sacerdotio adversus haereticorum figmenta ex S. Script. et orthodoxis patribus assertio; Assertio, et declaratio Conc. Trid. de canonicis et authenticis V. et N. Test. libris; de eorumdem vera interpretatione; Fundamentum catholicae fidei, in quo 63. causae comprehenduntur, cur universi, et singuli Christi fideles catholicae, christianae, et rom. Eccles. usque ad extremum vitae spiritum constantes adhaerere obligentur.*

Franciscus Torres S. I. († 1584). Interfuit Theologus pontificius Concilio Trid. et pene jam senex ingressus est Societatem Jesu. Ex plurimis vero operibus quae scripsit vel edidit, adnumerantur sequentia: *Tractatus dogmaticus de justificatione ad germanos adversus lutheranos; de electione divina; De Summi Pontif. supra Conc. auctoritate ll. 3; De actis veris VI. synodi, deque canonibus qui ejusdem VI. syn. falso esse feruntur; De coelibatu, et matrimoniis clandestinis; Dogmatici characteres Verbi Dei ad catholicos Germaniae adversus novos evangelicos* ll. 3. De *Hierarchicis ordinationibus ministrorum Eccl. catholicae adversus schismaticas vocationes ministrorum atque superintendentium ex Script. Sacris ad catholicos ll. 2; De SS. Eucharistia tractatus duo; Epistola de definitione propria peccati originalis ex Dionysio Areop. et de concept. Virg. et Matris Dei sine peccato; Defensio locorum S. Script. de Ecclesia cathol. et ejus pastore; Epistola contra ubiquistas, et arianistas.* Edidit vero *constitutiones apostolorum* cum scholiis, annotationibus et explanationibus apologeticis et cum 80 canonibus Concilii Nicaeni; *Opuscula quaedam S. Diadochi Epis. Photices, S. Nili, Joannis Sapientis* cognomento *Cyparissioti, S. Maximi confess., Theodori Abucarae, S. Dionysii Alexandrini, Photii, Basilii Seleuciensis S. Maximi Mart., Theodori presb. rhaithensis, Serapionis episcop. Ihmueos, Leontii bizantini, Anastasii Sinaitae, Anastasii abbatis, Nicephori patriarchae, Zachariae Mytilenensis, Titi Bostrensis, S. Hippoliti, S. Gregorii Nysseni, Didymi Alexandrini, S. Joannis Damasceni* etc.

S. Carolus Borromeus Card. († 1584.) Ex scriptis quamplurimis hujus S. Pastoris, eminent *Istructiones pro confessariis; Istructiones ad concionandum, confessionisque, et eucharistiae sacramenta ministranda; Pastorum istructiones.*

Alphonsus Salmeron S. I. († 1585.) Ejus opera profundae eruditionis sunt *Commentarii* in N. T. 16 volum. dispositi ed. Coloniae an. 1615.

Antonius Augustinus Archiep. Tarraconen. († 1586). Praeter opera plurima, quibus humaniora studia, et jus civile illustravit, doctis etiam lucubrationibus jus canonicum, et res sacras exornavit, hujusmodi sunt: *Antiquae collectiones decretalium* cum eruditis notis; *Canones poenitentiales* cum notis. – *Dialogi 40 de emendatione Gratiani; Notae in canones 72.* ab Hadriano Papa etc. *Constitutionum provincialium Tarraconensium ll. 5. Epitome juris pontificii veteris* in 3. p. divisa, de personis de rebus, de judiciis. *Repetitorium,* seu, *Epitomatarum decisionum Rotae lib. 2.*

Gaspar Casal Ord. S. Aug. († 1587.) Hic Conc. Trid. interfuit, in coque velut magnum doctrinae jubar radiavit. Conscripsit opus prolixum, et omnimoda eruditione locupletissimum cui titulus *Lib. 11. de quadrapartita justitia decima, in quibus omnium quotquot extant, theologorum conquisitis probeque digestis sententiis orthodoxa de justificatione nostra fides asseritur;* Insuper *De sacrificio Missae, et de sacrosanctae eucharistiae celebratione lib. 3, De coena et calice Domini quoad laicos, et clericos non celebrantes lib. 3., Axiomatum christianorum lib. 3 ex diversis ll. Script. et SS. PP. adversus haereticos antiquos, et modernos.*

Martinus Azpilcueta (Navarrus dictus) († 1587.) Homo maximae celebritatis, ac doctorum juris canonici sua aetate facile princeps salutatus. Ejus opera sunt *Manuale* seu *Enchiridion confessariorum, et poenitentium; De horis canonicis et oratione; Commentarium in cap. Inter verba XI. q. 3.* in quo de gloria, honore, laude, ac bona fama deque ingloria, vituperio, infamia, et detractione etc. tractatur; *De alienatione rerum ecclesiasticarum, ac de spoliis clericorum commentarium* in princip. et gloss. Summae XII. q. 2. de spoliis clericorum. Auxit L. De *redditibus beneficiorum ecclesiasticorum,* quo docetur, quibus usibus sint impendendi, quibusque personis dandi, aut relinquendi super cap. *Quoniam quidquid XVI. q. I.* – Et in defensione hujus operis scripsit quoque contra Franciscum Sarmiento. Edidit denique *Apologiam pro l. de redditibus ecclesiasticis; Commentaria in 7 distinctiones de poenit. - relectiones in diversa juris canon. capita, Consiliorum seu responsorum lib. 5.* juxta ordinem decretalium dispositos.

Guillelmus Damasus Lindanus († 1588.) Operum ejusdem praecipuum est: *Panoplia evangelica, sive de verbo Dei evangelico Lib. 5* adjectis *Tabulis analyticis omnium haeresum hujus saeculi;* prodidit praeterea ab eo *Psalterium vetus a sexcentis mendis repurgatum, et de graeco atque hebraico fontibus illustratum; Glaphyra in epistolas apocalypticas S. Joann. Ap. cum Ecclesiae prosopopoeja in 8. Dubitantius de vera salutis via instructus; De vera Christi Ecclesia; Stro-*

matum lib. 3. pro defens. Conc. Trid.; Stromatum lib. 3 de optimo genere interpretandi Scripturam.

Jacobus Pamelius († 1587.) Edidit *Opera S. Cypriani* quae mss. ope emendavit, et scholiis illustravit, vitam S. Cypriani adornatam iisdem adjecit, et epistolas easque novo ordine digessit. Edidit *Opera Tertulliani* quorum similiter mss: ope, loca plura castigavit, hiulca supplevit, annotationibus illustravit et ejus vitam descripsit. Ab eo etiam prodiere *Liturgia latinorum; Catalogus commentatorum veterum selectorum in universam Bibliam; Commentaria in lib. Judith; Commentariolum in Ep. ad Philemonem.*

Franciscus Ribera Soc. J. († 1591). Vir egregie doctus atque acri iudicio pollens edidit *Commentarios in 12. proph. minores sensum eorumdem prophetarum historicum, et moralem, saepe etiam allegoricum complectentes* Horum velut compendium prodiit Salmanticae 1598 hoc titulo *Commentarii historici selecti in eosdem 12. Prophetas minores. – In sacram B. Ioann. Ap. et Ev. Apocalypsim* dedit *commentarios.* His adiuncti sunt *quinque lib: de templo et de iis, quae ad templum pertinent, ad multorum locorum tam Apocalypsis quam reliquorum ll. intelligentiam admodum utiles. Commentarii in Ep. B. Pauli ad Hebr.* (qui tamen completi fuere a quodam ex Riberae sodalibus.) *et in sacrum Iesu Christi Evang. secundum Ioann.*

Michael de Palacios († 1593). Eius opera sunt, *Disputationes theologicae in 4. lib: Sententiarum tom. 6; Explanationes in 12. prophetas minores; Enarrationes in Ep: B. Pauli ad Hebraeos* ad sensum literalem, historicum, et mysticum; *In Ioannis Ap. Evangelium et in Epist. canonicas.*

Latinus Latinius. († 1593). Purgavit a mendis opera Tertulliani, et Cypriani, et emendavit textum Decreti Gratiani. Scripsit etiam – *Bibliothecam sacram, sive correctiones in sacros et prophanos scriptores.*

B. Petrus Canisius S. I. († 1597) Edidit *Opera S. Cyrilli Alexand; S. Leonis M. sermones et homil; Epistolas S. Hieronymi*; *Opuscula quaedam ascetica*; *Commentariorum de verbi Dei corruptelis lib. 1. De Maria Virgine incomparabili, et Dei genitrice lib. 5.* Inter opuscula eius ascetica celeberrimum est illud inscriptum *Summa doctrinae christianae.*

Card. Franciscus Toletus S. I. († 1596) Vir fuit profundae doctrinae, eruditionis vastae, ingenii subtilis, vitae sanctitate illustris. Inter eius opera philosophica eminent *Introductio in dialecticam Aristotelis, et Commentaria una cum quaestionibus in 3. lib. Aristotelis de anima.* Inter theologica vero *In sacr. Ioan. Evangelium commentarii; Commentaria in 12. cc. sacros. I. Christi evangelii secund. Lucam; Com-*

mentarii et annotationes in epistolam B. Pauli Ap. ad Rom. Scripsit etiam *istructionem sacerdotum, ac de septem peccatis*, quae prodiit etiam sub titulo *Summa casuum conscientiae absolutissima*. Reliquit plura scripta inedita, e quibus Ios. Paria eiusdem Societatis edidit *In summam theol. S. Thom. Aquinatis enarrationem*, Vol. 4, ed. Romae 1869.

Emmanuel Sa S. I. († 1596) Eius doctrinae monumenta reliquit in operibus *Scholia in 4. Evangelia*; *Notationes in totam Scripturam; Aphorismi confessariorum.*

Gilbertus Genebrardus Ord. S. B. († 1597). Permulta scripsit, quorum notiora distincta sunt titulis: *Ioël propheta cum chaldea paraphrasi, et commentariis Salomonis Iarchii, Abrahami Aben-Ezra, et Davidis Kirahi, latine. – Rabbi Iosephi Albonis, Davidis Kimchi et anonymi iudaei argumenta contra Christianos ex hebraeo latine, cum refutatione eorumdem argumentorum adversus recens trinitariorum dogma - De S. Trinitate lib: 3. contra huius aevi trinitarios et antitheanos; Symbolum fidei iudaeorum e R. Mose aegyptio; Precationes eorumdem pro defunctis. Commemoratio divorum, et ritus nuptiarum e l. Mazhor Chronologiae sacrae – Trium Rabbinorum Salom. Iarchii, Abrah: Ben–Esrae, et anonimi commentaria in canticum cantic: - Seder Olam Zuta*, sive hebraeorum chronicon de mundi ordine, et temporibus *etc. Origenis Adamantii opera - Psalmi Davidici vulgata editione, calendario hebraeo, syro, graeco, latino, hymnis, argumentis, et commentariis variis, et primaevum sensum hebraismosve breviter aperientibus instructi - Chronographiae lib. 4; Notae chronicae sive ad chronologiam et historiam universam methodus. De sacrarum electionum iure, et necessitate ad ecclesiae gallicanae redintegrationem - Traitè de la liturgie ou sainte Messe selon l'usage et forme des Apôtres et de S. Denys. - De sybillis dissertatio.*

Thomas Stapleton († 1598). Vir celeberrimus ac luminaribus illis Bellarmino et Duperonio non impar, plura scripsit opera quorum tituli sunt sequentes *Principiorum fidei doctrinalium demonstratio methodica per controversias septem lib. 12. tradita.* In hoc opere inquirit in principia fundamentalia, secundum quae breviter et peremptorie simul omnis de doctrina revelata quaestio possit dirimi, ac proinde disserit de Ecclesia controversiarum iudice, de eiusque docendi auctoritate et infallibilitate et de revelationis amplitudine. Maioris pretii forte est *Principiorum fidei doctrinalium relectio scholastica et compendiaria* - ab eo prodierunt insuper *Universa iustificationis doctrina hodie controversa lib: 12. tradita. – De magnitudine Ecclesiae romanae – Antidota evangelica contra horum temporum haereses. - Antidota in acta Apostol. et in epist: ad romanos, ac binas ad Corinthios contra nostri temporis haereticos.* Aliud opus

non spernendum est *Tres Thomae*, vitae scilicet Thomae Apost. Cantuariensis, et Thomae Mori.

Benedictus Arias Montanus. († 1598). Praeter Bibliam regiam, edidit etiam *Commentarium in 12. Proph. minores, Elucidationes in 4. Evang. et in acta Apost.; Beniamini tutelensis itinerarium; De optimo imperio* sive commentarium in l. Iosue; *Elucidationes in omnia SS. Apost. scripta et in Ioan. Apocalypsim; De varia republica*, sive comment. in lib: iudicum; *Lib. generationis et regenerationis Adam - Commentaria in Isaiae proph.; sermones*; *Commentarium in 31. priores Davidis psalm.*

Ludovicus Molina S. I. († 1600), Famae celebritate et doctrina illustris ac magni illius philosophi Petri Fonseca discipulus, plura scripsit opera quorum tituli sunt *De iustitia et iure tom. 6. Commentaria in I. p. D. Thom. Concordia liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione, et reprobatione ad nonnnullos I. p. D. Thomae articulos.* Quidquid sit de Molinae doctrina et concesso etiam omnia eius theoremata probari non posse, negari tamen nequit magnum exinde percipi fructum. Ipsi tamquam primo auctori tribuitur ab aliquibus doctrina de praedestinatione ad gloriam post praevisa merita, quod falsum omnino esse ostenditur ex Toleti viri gravissimi auctoritate, qui in Enarrationibus Summ. Theolog. 1. q. 23. art. 5. Conclus. 2. ut communem Scholae doctrinam id ipsum suo tempore defendit.

Franciscus Lucas Brugensis. († 1600.) Scripsit - *Itinerarium J. Christi ex 4. Evang. collectum* – cui adjicitur ad calcem *tractatus de chaldaica S. Scripturae paraphrasi; In 4. Evangelium commentarium; Commentarii supplementum in S. Lucam, et S. Joan. Notationes in S. Biblia; Romanae correctionis in latinis Bibliis editionis vulgatae jussu Sixti V. recognitis loca insigniora.*

SAECULO XVII.

Gregorius De Valentia S. I. († 1603) In Patrum scriptis atque in theologia scholastica versatissimus plura edidit opera quae claritate, profunditate et ingenii subtilitate praecellunt. Inter haec eminent *Commentariorum theologicorum t. 4.* Horum *Epitome; Opuscula de fidei controversiis* cujusmodi sunt *Analysis fidei catholicae de SS. Trinitate lib. 5. - de vera Christi majestate et praesentia - de numero sacramentorum N. L. - de reali Christi praes. in Euchar. et de transsubstantiatione lib. 3. – De sacros. Missae sacrif. – de idololatria lib. 5. - Examen et refutatio praecipui mysterii doctrinae calvinistarum de re eucharistica.*

Joannes Azor S. I. († 1603.) Scripsit *Institutiones morales.*

Gabriel Vasquez S. I. († 1604.) Hic quem nonnulli *hispanum Augustinum* dixerunt dedit illustres et eruditos in S. Thomam commentarios. Exstant quoque *Metaphysicae disquisitiones* ex operibus Vasquez a quodam collectae.

Dominicus Bannez Ord. Praed. († 1604). Discipulus celeberrimi theologi Melchiorris Cani et condiscipulus Barth. Medina atque in theologia mystica non minus quam in scholastica insignis, praeter alia edidit *Scholastica commentaria in I. p. angelici doctoris,* quibus quae ad fidem spem et charitatem spectant profunde explicantur.

Card. Caesar Baronius Cong. Orat. († 1607.) Celeberrimum concinnavit Opus inscriptum *Annales Ecclesiastic.* a nativ. Christ. usque ad a. 1198. Quod opus continuatum fuit a Bzovio, Raynaldo, Spondano, Laderchi, Theiner. etc. Annalium veluti praeludium est *Martyrologium romanum* restitutum. Praeter haec scripsit etiam *Historicam relationem de Ruthenorum origine.*

Antonius Agelli Cler. Reg. († 1608.) Opera ejus sunt *Commentarius in Psalmos et in Cantica; Commentarius in Threnos collectus ex auctoribus graecis et in eosdem explicatio, et catena graecorum patrum ex ejusdem versione; Commentarius in Proverbia Salomonis; Commentarius in proph. Habacuc.*

Nicolaus Serarius S. I. († 1609.) Plurima reliquit opera, quibus praefixit sequentes titulos - *Josue ab utero ad ipsum usque tumulum e Moysis Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, et a proprio ipsius libro toto, ac paralipomenis lib. 5. explanatus; Judices, et Ruth explanati; in SS. divinorum bibliorum ll. Tobiam, Judith, Esther, Machabaeos commentarius. – in lib. Regum, et Parolipomenon commentaria; Prolegomena biblica, et commentaria in omnes epistolas canonicas; Josuani sacerdotes; de Salomonis peccato, et poenitentia; Naaman syrus jam sanus; Trihaeresium seu de celeberrimis tribus apud judaeos Pharisaeorum, Sadducaeorum, et Essenorum sectis. Rabbini et Herodes; De 12. sanctis D. N. I. Christi apostolicis disputatio; Divus Paulus Ap. et Judas Iscariotes; Kiliani Franciae orientalis gesta – Comitum par genere, potentia, opibus, heroicaque virtute inclitum. – Moguntiacarum rerum ab initio usque ad hodiernum archiep. ac electorem D. Joan. Schweichardum lib. 5. - Scriptores rerum moguntiacarum; Epistolae S. Bonifacii M. primi Moguntini Archiep.*

De athanasiano symbolo disputationes; disputatio de sacramento extremae unctionis; de catholicorum cum haereticis matrimonio quaestiones; Contra novos novi Pelagiani et chiliastae errores; De Litaniis libelli duo; Sacri peripatetici sive de S. Ecclesiae catholicae processionibus; Lutheroturcicae orationes; De Lutheri magistro.

Benedictus Pererius (Pereyra) S. I. († 1610.) Scripsit *Commentaria et disputationes in Genesim, Commentariorum in Danielem proph. lib. 16. Selectarum disputationum in S. Scripturam vol. 5. Adversus fallaces et superstitiosas artes i. e. de magia, de observatione somniorum, et de divinatione astrologica Tract., De principiis rerum naturalium Tract.*

Thomas Sanchez S. I. († 1610.) Eruditissimi hujus viri opus praecipuum est *De S. Matrimonii sacramento disputationum lib. 10.* accedit *Opus morale in praecepta Decalogi* atque *Consilia seu opuscula moralia.*

Antonius Possevinus S. I. († 1611.) Inter ejus opera eminent *Bibliotheca selecta; Apparatus sacer* ad scriptores V. et N. Test. etc. cui adjecti sunt *Catalogi* mss. *graecorum, et aliorum etiam codd.*

Franciscus Feuardentius Ord. S. Franc. († 1612.) Ab eo prodiere Comment. in *lib. Ruth, in lib. Esther, in Jonam proph. in ep. ad Rom. et in epist. ad Philipp.* Insuper *Ep. prima B. Petri Ap. summa fidei christianae mysteria breviter et absolute complectens commentariis tractata;* item *Epist. secunda* - *Comment. in B. Jacobi ep.* et in *B. Judae epist.* - Edidit praeterea una cum Joann. Dradraeo, et Jacobo Cucillyo *in totius S. Scripturae LL. glossam ordinariam et postillas Nicolai Lyrani*, et Opera S. Irenaei et S. Ildephonsi Toletani Archiep. Praecipuum tamen Feuardentii opus est *Theomachia calvinistica 16 lib. profligata.* Huic praeierunt *Dialogi 7 quibus 200. calvinistarum errores confutantur et Secunda hebdomada dialogorum* quibus examinantur 465. calvinistarum errores.

Guilelmus Estius (Van Est). († 1613.) Scripsit *In omnes divi Pauli, et septem catholicas apostolorum epistolas commentarios* quos complevit Bartholomaeus Petri ejus collega. - Aliud ejus opus est, cui titulus *Annotationes in praecipua difficiliora loca S. Scripturae et Commentarii in 4. libros Sententiarum Petri Lombardi.* Reliquit etiam *historiam martyrum gorcumensium et orationes theologicas XIX.*

Seraphinus Capponi a Porrecta Ord. Praed. († 1614.) Inter alia ejus opera edita habentur *Elucidationes formales in Summ. theol. S. Thom. de Aquino.*

Franciscus Suarez S. I. († 1617.) Tanto viro nullum par ellogium. Opera ejus Venetiis prodierunt XXIII Volum. comprehensa. In I. habentur *Commentaria, ac disputationes in 1. p. D. Thom. de Deo uno et trino.* In 2. *in 1. p. Divi Thom. de Deo effectore omnium creaturarum.* In 3. *De opere sex dierum, et de anima.* In 4. *Tractatus* 5. ad I, 2. d. Thom. *de ultimo fine hominis* etc. In 5. *Tractatus de legibus ac Deo legislatore.* In 6. *De gratia.* - In 7. *de divina gratia* p. 2. etc. In 8. *De divina gratia p. postrema etc.* In 9. Tract. theol. *de vera intelligentia auxilii efficacis ejusque concordia cum il-*

bero arbitrio. – In 10. Varia *opuscula theologica.* In 11. Opus. de triplici virtute theologica etc. In 12. 13. 14. et 15. *De virtute et statu religionis.* In 16. *De Incarnatione p. 1.* – In 17. *De Incarnatione p. 2.* – In 18. *De Sacramentis p. 1.* In 19. *De sacramentis p. 2.* In 20. *De Censuris etc.* In 21. *Defensio fidei catholicae* In 22. *Metaphysicarum disputationum p. 1.* In 23. *Metaphysicarum disputationum p. 2.*

His aliud volumen adjectum fuit, cui titulus – *R. P. Fr. Suaresii opuscula sex inedita* et continet varios *Commentarios, tractatus, epistolas, dissertationes* ejusdem auctoris. Benedictus XIV ipsum luminare theologiae nuncupavit, Bossuetus eum in primis quasi doctorem omnigenae scientiae laudat: S. Alphonsus Doctoribus classicis annumerat. Multi vero opinati sunt scientias illi divinitus infusas fuisse.

Jacobus Davy du Perron. († 1618.) Doctissimi et eminentissimi hujus viri opera in tres distincta tomos prodiere, cura Jacobi Davy du Perron Epis. Angulomensis, ejus nepotis. Primus continet *Traité du Sacrament de l' Eucharistie* contra Plessium Mornaeum: alter *Réplique au roi de la grand Bretagne* (Jacob. I.); tertius complectitur praeter alia *Acta colloquii cum Mornaeo.*

Card. Robertus Bellarminus S. I. († 1621.) Propugnator fortissimus Ecclesiae catholicae adversus Protestantium errores, a Sixto V. in corrigenda vulgata adhibitus, atque in ea recognoscenda sub Gregorio XIV et Clemente VIII praecipuas fere partes habuit. Opera mirae doctrinae, et profunditatis ab eo conscripta, multa numerantur, inter quae omnium consensu praecellunt *Disputationes de controversiis fidei adversus hujus temporis haereticos.* Cujus operis edidit etiam correctorium hoc titulo *Recognitio ll. omnium Roberti Bellarmini ab ipso auctore edita.* Piissimos insuper redegit libellos, *De ascensione mentis in Deum per scalas rerum creaturarum; Scala pro ascensu ad Deum; De aeterna felicitate sanctorum; de gemitu columbae*, sive *de bono lacrymarum; de arte bene moriendi; de septem verbis a Christo in cruce prolatis.*

Vincentius Filliuccius S. I. († 1622.) Ei debentur *Morales qq. de christianis officiis, et casibus conscientiae ad formam cursus: De statu clericorum; Synopsis universae theologiae moralis*, et *instructio Confessariorum.* Est auctor gravis et probabilista.

Ludovicus De Jena († 1622.) Egregia sunt ejus *Commentaria, et disputationes in ep. D. Pauli ad Hebr.* et *Isagoge in totam Scripturam.*

Benedictus Justinianus S. I. († 1622.) Scriptis consignavit in *B. Pauli Ap. epistolas et in omnes catholicas epistolas explanationes.*

Leonardus Lessius (Leys) S. Jesu. (ob. 1623.) Insignis ejus sapientiae testes sunt luculenta opera, quae edidit, quaeque sententiarum nobilitate, expositionis nitore atque candore, comparationum luminibus, ut inquit cl. P. Hurter, non solum mentem illuminant, sed et affectum pascunt et cor accendunt. Haec in primis vera sunt de opere cui titulus, *De perfectionibus Moribusque divinis Lib. 14.* Ed. Friburgi Brisgoviae 1861. Disserit in his de singulis Dei perfectionibus, earum notiones distincte exponit atque declarat, ac solidis rationibus ex revelationis fontibus ac rationis penu deductis illas Deo vindicat, fructus exinde practicos pro morum informatione colligit, meditationesque suas devotissima mentis et cordis ad Deum elevatione concludit. Cum hoc opere cohaeret aliud opusculum inscriptum *quinquaginta nomina Dei* seu divinarum perfectionum compendiaria expositio. Sequuntur opera *De gratia efficaci, decretis divinis, libertate arbitrii, et praescientia Dei conditionata disputatio apologetica; De praedestinatione, et reprobatione angelorum et hominum; De praedestinatione Christi; De summo bono, et aeterna beatitudine hominis: De providentia Numinis et animae immortalitate lib. 2. adversus atheos, et politicos: Quae fides et religio sit capessenda, consultatio; De Antichristo et ejus praecursoribus; disputatio de vitae statu deligendo, et religionis ingressu; De bono status eorum, qui vovent, et colunt castitatem in saeculo; Hygiasticon, seu de vera ratione valetudinis bonae et vitae una cum sensuum, judicii, et memoriae integritate ad extremam senectutem conservandae; Defensio potestatis Summi Pontificis adversus l. regis magnae Brittaniae etc. Discussio decreti magni Conc. Lateran. et quarumdam rationum annexarum de potestate Ecclesiae in temporalibus etc.; De jure et justitia ceterisque virtutibus cardinalibus*, cum appendice – *de montibus pietatis.* Post mortem Lessii prodierunt *De beatitudine, de actibus humanis, de incarnatione Verbi, de sacramentis et censuris, praelectiones theologicae.* Plura sat magna reliquit mss. Fuit Lessius omnium virtutum exemplar. Summi Pontifices Paulus V. et Sixtus V eum maximi fecerunt, sanctus vero Alphonsus inter doctores classicos enumerat.

Martinus Becanus (Van der Beeck) S. I. († 1624.) Ejus opera excellunt soliditate ac claritate quem ipsis conciliant mira notionum distinctio, ac limpidissima argumentorum expositio. Ex his potiora et utiliora sunt – *De desperata calvinistarum praedestinatione; de circulo calvinistico contra Paraeum; de officiis angelorum circa homines; de triplici coena calvinistica, lutherana, catholica; de comunione sub utraque specie; de purgatorio calvinistarum; Privilegia calvinistarum; controversia anglicana de potestate pontificis et regis; de invocatione sanctorum; de judice controversiarum: De Ecclesia Christi itemque de Ecclesia romana; de republica ecclesiastica* contra

Ant. de Dominis: *Manuale controversiarum hujus temporis in Libb. V. distributum – Analogia V. et N. Testam. Summa theologiae scholasticae* in qua compendium exhibet eorum, quae fuse Suarez disputat in suis Commentariis.

Iacobus Gretserus S. I. († 1625.) Aevi sui scriptor celeberrimus extitit, et opera omnia quae vel composuit, vel e tenebris eruta edidit, prodierunt 17 volum. comprehensa; In I. Tom. prostant *De S. Cruce lib. 5.* – in Tom. 2. habentur *Graecorum auctorum encomiastica monumenta graeco-latina de S. Cruce*, Tom. 3.us continet *Lib. de numismatis crucigeris, de expeditionibus cruciatis, de usu, et cultu crucis, hymnos, et encomia metrica graecorum et latinorum in S. Crucem.* – Tom. 4.tus consecratus est *defensioni rituum ecclesiasticorum* – Tom. 5. continet *De catholicae Ecclesiae sacris processionibus* etc. lib. 2. *de funere christiano* lib. tres *et disputationes varias.* – In Tom. 6. et 7. habetur *defensio rom. pontificum;* In Tomis 8. et 9. *Roberti Bellarmini controversiae* vindicantur atque inserta legitur disputatio *De sacrosancto Trinitatis mysterio.* Tom. 10.o exhibentur *defensae et illustratae sanctorum vitae.* Tom. 11.us est *Apologeticus pro societate Jesu.* Tom. 12.us agit *de Luthero academico et de Waldensibus;* Tom. 13.us continet *Miscellanea polemica* Tom. 14.o comprehenduntur plura *Greg. Nysseni, et Anastasii Sinaitae opera.* In Tom. 15.o auctor illustrat, vel reddit latine *plures scriptores graecos;* Tom. 16.us praefert, Διδάγματα linguae graecae, et disputationes philosophicas et theologicas. In tom. 17. continetur *Mantissa duplex ad universum opus.*

Paulus Comitolus S. I. († 1626.) Scripsit *Responsa moralia in 7. lib. digesta. De contractu universe ad scientiae methodum revocato. Catenam in B. Job absolutissimam.*

Gaspar Sanctius S. I. († 1628.) Opera eius sunt – *Commentaria in quatuor lib. Regum et duos Paralipomenon – in lib. Ruth, Esdrae, Nehemiae, Tobiae, Judith, Esther, Machabaeorum, in lib. Job. in Cant. cant. cum exposit. Ps. 68., in Isaiam proph. cum paraphrasi; in Jeremiam proph. cum paraphrasi; in 12. Prophetas minores, et Baruch., in Zachariam proph. seorsim; in actus Apost.; disputatio de S. Jac. itemque de Petri et Pauli Ap. in Hispaniam adventu.*

Thomas de Lemos Ord. Praed. († 1629). Insignis Theologus, qui praecellentis ingenii famam eximio docendi usu Romae adquisitam, pietate vitae anteivit. In controversiis de auxiliis, Ord. Praed. doctrinam strenue propugnavit. Fructum suorum studiorum exhibuit in opere cui titulus *Panoplia gratiae* v. 4. Plura alia opera ejusdem ad congregationem de auxiliis spectantia manserunt mss.

Basilius Pontius Ord. S. Aug. († 1629). Primum suae eruditionis specimen dedit vulgando lib. *de legitimo tempore immolationis agni typici.* Scripsit praeterea *De sacram. matrimonii* tractat. cum append.

de matrimonio catholici cum haeretica, *lib. de impedimentis matrimonii; l. de sacramento confirmationis; Lib. variarum disputationum ex utraque theologia scholastica et expositiva*, (qq. quodlibeticae etiam dictae) *et de aquae et vini conversione sacr. Eucharistiae disputationem.*

Martinus Bonacina († 1631). Summus fuit theologiae moralis doctor: ejus opera prodierunt, additionibus aucta, in 3. Vol. Edidit quoque *Tractatum de Christi incarnatione.*

Didacus Ruiz de Montoya S. I. († 1632.) Eius opera sunt *Commentaria et disputationes in I. p. S. Thom. de Trinitate; item ad qq. 23. et 24. ex I. p. S. Thomae de praedestinatione, ac reprobatione hominum, et angelorum; de ideis, de veritate, ac de vita Dei; in I. p. S. Thom. de voluntate Dei, et propriis ejus actibus;* ad q. 22 et aliquam partem q. 23. *ex I. p. S. Thom. de providentia praedefiniente ac praebente praedestinationis exordium, de visione, et nominibus Dei.*

Adamus Janner S. I. († 1632.) Potiora eius opera sunt *Universa theologia scholastica, speculativa pratica ad methodum S. Thomae; Disputationes theologicae in omnes partes summae theologicae S. Thomae; De verbo Dei scripto, et non scripto, et de judice controversiarum; Defensionis Ecclesiae libertatis lib. 2., Lutherus*, seu *Anatomiae confessionis augustanae p. I. Ecclesiasticus, seu, anatomiae confessionis augustanae p. 2.*

Jacobus Granado S. I. († 1632). Publicavit *commentariorum in summam Theologiae S. Thom. tom. 8.* quibus insertus est tractatus *De immaculata Conceptione B. Virginis.*

Aegidius Coninck S. I. († 1633). In re morali a S. Alphonso auctor classicus vocatus, scripsit *Commentarios ac disputationes in universam doctrinam D. Thomae de sacramentis et censuris.* – Opus *De moralitate, natura, et affectibus actuum supernaturalium in genere, et de fide, spe, et charitate speciatim.* Opusculum *de absolutione moribundi sensibus destituti* - et alterum apologiae instar *Responsionem continens ad dissertationem impugnantem absolutionem moribundi sensibus destituti - Disputationes theologicas de Trinitate et de Divini Verbi incarnatione.*

Ferdinandus de Castropalao S. I. (ob. 1633). Edidit - *Operis moralis de virtutibus, et vitiis contrariis in varios tractatus, et disputationes theologicas distributi partes 7*, quae magno in pretio habentur.

Ioannes Lorinus S. I. († 1634). Ab eo prodiere *Commentarii in Leviticum, in librum Numeri, Psalmorum, in Ecclesiasten et Sapientiam Salomonis, in Acta Apost. in catholicas 3. B. Ioann. et 2 B. Petri epistolas; in catholicas BB. Iacobi, et Iudae ap. epistolas.*

Didacus Alvarez Ord. Praed. († 1635). Inter divi Thomae interpretes celeberrimus ac aetate sua Theologus clarissimus, in Congr.

de auxiliis sub Clemente VIII et Paulo V. doctrinam sui ordinis propugnavit. Scripsit vero *Disputationes theologicas in 1. 2. S. Thomae; De incarnatione divini Verbi (disputationes 80.) de auxiliis divinae gratiae et humani arbitrii viribus et libertate, ac legitima eius cum efficacia eorumdem auxiliorum concordia lib. 4. Responsionum ad obiectiones adversus concordiam liberi arbitrii cum divina praescientia, providentia, et praedestinatione, atque cum efficacia praevenientis gratiae prout a S. Thoma etc: lib. 4; Commentaria in Isaiam proph.*

Paulus Laymann S. I. († 1635). Maximus hic theologiae moralis doctor, ut a Gury vocatur, scripsit *Theologiam moralem in 5. lib. partitam;* adiecit dein *moralis theologiae repertorium.* Hoc opus prodiit accessionibus auctum, scilicet qq: *canonicis de praelatorum ecclesiasticorum electione, institutione, et potestate, de iurisditione et iudicis ordinarii potestate, de rerum ecclesiasticarum prohibita alienatione ex lib. 1. decretalium disputatis.*

Luisius Turrianus (Torres) S. I. (ob. 1635). Edidit *Disputationes in 2. 2. S. Thom. de fide, spe, charitate, prudentia et iustitia; tractat. de gratia; opuscolorum theologiae tom. 1; Selectarum disputationum in theologiam scholasticam, positivam, et moralem part. 2. Summae theologiae moralis part. 2.*

Jacobus Tirinus S. I. († 1636). Edidit *Commentarium in V. et N. Testam.*

Cornelius a Lapide (van den Steen) S. I. († 1637). Integram fere Scripturam interpretatus est, eiusque commentarii in singulos libros saepissime in lucem prodierunt.

Antonius Perez Ord. S. Ben. († 1637). Eruditionem eius testantur opera *Authentica fides Matthaei controversiis agitata et discussa – authentica fides quatuor evangelistarum controversiis catholicis discussa et agitata – Authentica fides apostolorum et epistolae ad Romanos – authentica fides Pauli super 1. et 2. ep. ad Corinth. controversiis catholicis agitata et discussa – Pentateuchus fidei lib. 5. – Laurea salmantina, sive certamina scholastica et expositiva pro adquirenda laurea salmantinae academiae – Prima pars voluminis annotationum in C. 13. sacros. evang. secundum Ioann.* secunda vero et tertia pars manserunt ineditae.

Ioannes de Pineda S. I. († 1637). Edidit *commentariorum in Iob lib. 13. De rebus Salomonis lib. 8. Praelectionem sacram in cant. canticorum; commentarios in Ecclesiasten.*

Bartolomaeus Gavanti Ord. Barn. († 1638). Liturgicus plane insignis cui Clemens VIII. concredidit Missalis, et Breviarii reformationem. Maxime vulgatum est eius opus *Thesaurus SS. Rituum sive commentaria in rubricas Missalis, et Breviarii romani,* saepe

una cum *Enchiridio* seu *manuali episcoporum* impressum sub titulo *Episcopi instituti* et Zaccariae additionibus locupletatum. Hic lib. complectitur *praxim dioecesanae synodi, et visitationis episcopalis.*

Cornelius Iansenius Iprensis Episc. († 1638). Vir doctus, sed tristissimae famae propter haeresim, cuius extitit auctor et parens. Opera eius sunt *Pentateuchus sive comment. in 5. lib. Mosis* opus eximium iuxta Calmet; *Analecta in proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Sapientiam, Habacuc, et Sophoniam; Tetrateuchus, seu commentarius in 4 Evang.*

Antonius a Matre Dei Ord. Carm. († 1641). Auctor est celebris cursus artium complutensis, et trium priorum voluminum celeberrimi *Cursus theologici salmanticensis.*

Nicolaus Ysambertus († 1642) Dedit *Commentaria in Sancti Thomae Summam vol. 6.* comprehensa.

Jacobus Bonfrerius Soc. Jesu († 1642). Opera eius sunt *Pentateuchus Moysis commentario illustratus; Iosue, Iudices et Ruth commentario illustrati; Onomasticon in quo nominibus locorum Script. sanctae lux affertur; Onomasticum urbium, et locorum S. Scripturae - Libri Regum et Paralipomenon comment illustrati* incendio pericrunt typographiae Tornaci. - Commentaria in alios plurimos Script. lib. morte praeventus imperfecta reliquit.

Dominicus Gravina Ord. Praed. († 1643). Eius opera praecipua sunt *Catholicae praescriptiones adversus omnes veteres et nostri temporis haereticos; Pro sacro fidei catholicae et apost. deposito fideliter a RR. Pontificibus custodito apologeticus; Pro sacrosancto ordinis sacramento vindiciae orthodoxae; Cherubim paradisi S. Thomas Aq. characteribus divinae sapientiae illustratus; Ad discernendas veras a falsis visionibus, et revelationibus βασανιστης h. e. lapis lydius.* Eius cura prodierunt *quaestiones quodlibetales F. Ioann. de Neapoli Sicola nuncupati S. T. M. Parisiensis c. 1316. florentis.*

Henricus Spondanus (Sponde) († 1643). Dedit *Coemeteria sacra; Annales ecclesiasticos Baronii in Epitomen reductos. - Annales sacros a mundi creat. ad eiusdem redemptionem; Annalium Baronii continuationem ab ann. 1197. ad a. 1640.*

Ioann. a S. Thoma Ord. Praed. († 1644.) Praeter opera philosophica admodum rara, *Theologium* scripsit tom. 8. comprehensam per modum commentarii fere in universam S. Thomae summam. Praemisit tractatum de doctrina S. Thom. inscriptum *Speculum sine macula.*

Simeon de Muis (Marotte) († 1644). Edidit *Commentarium literalem, et historicum in omnes psalmos, et selecta V. T. cantica; Varia sacra in quaedam Pentateuchi et lib. Josue loca;* et contra Morinum

dedit opus cui titulus: *Assertio veritatis hebraicae adversus Ioannis Morini exercitationes.*

Ioannes Martinez de Ripalda S. I. († 1648). Opera eius sunt *De ente supernaturali disputationes in theologiam universam* (opus Parisiis an. 1870. recusum, et valde conquisitum) – Tractatus *De virtutibus fide, spe, et charitate* – Brevis expositio *litterae Magistri Sententiarum cum qq.*

Emmanuel Vega S. I. († 1648). Ei debentur *Quaestiones selectae de libertate Dei et hominis, de praedestinatione, de concordia summorum nostri temporis theologorum.* Nonagenario maior disseruit *de vero et unico primatu D. Petri Apost. Principis; De Christi et Spiritus S. divinitate, nec non de SS. Trinitatis mysterio.*

Franciscus Silvius (du Bois Sylvius) († 1648.) Praestantissimus hic theologus, ut a Perrone vocatur, varia edidit opera eaque sunt *Divi Thomae Aq. opuscula e mss. codd. emendata; Instructiones pastorum S. Caroli Borromaei ad belgicarum ecclesiarum usum accomodatae; Enchiridion P. Binsfeldi; Summa Conciliorum Barth. Carranzae cum additionibus.* Scripsit praeterea *Commentarios in Summam S. Thom. Opuscula varia, Commentarium in Genesim, Exodum, Leviticum, et Numeros.*

Antonius Perez S. I. († 1649) *Theologi mirabilis* nomine honoratus, reliquit opera sequentibus titulis distincta *Conclusiones theologicae de Deo trino et uno; In 1. p. d. Thom. tract. 5. De iustitia et iure, de restitutione, et poenit. – in 2. et 3. p. tractatus 6.*

Franciscus Veronius († 1649). Inter multiplicia eius opera, enumerantur enim plus quam 50, omnium celeberrimum est illud, cui titulus *Méthode de traiter des controverses de religion par la seule Ecriture saincte* – Non minus celebris est *Régle générale de la foy catholique séparée de toutes autres doctrines – Preure de la s. messe par textes de l' Ecriture s. produits par les ss. Péres séants sè Conciles des quatre premiers siècles; le purgatoire et la priére pour les fidelès trépassés; les iustes plaintes de l' Eglise catholique sur les falsifications* de l'Ecriture sainte, *et des ss. Péres par les ministres. Traité de la puissance du Pape; Traité des traditions apostoliques; – Lumiéres évangeliques pour rendre facile á un chacun l' intelligence du N. T. – Lib. in Iansenii praetensum Augustinum; la condemnation de la doctrine des Ianséniste par cinq conciles françois.*

Augustinus Barbosa († 1649) Ei debentur *Remissiones doctorum super varia loca Conc. tridentini*, quae prodierunt etiam sub titulo *collectanea eorum doctorum, qui in suis operibus Conc. Tridentini loca referentes illorum materiam incidenter tractarunt* – (in indice decr. 6. Iunii 1621). *Pastoralis sollicitudinis sive de officio et potestate parochi tripartita descriptio; Pastoralis sollicitudinis sive de of-*

ficio et potestate Episcopi tripartita descriptio; Variae iuris tractationes; de canonicis et dignitatibus aliisque inferioribus beneficiariis cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, eorumque officio tam in choro quam in capitulo Tractatus - Iuris ecclesiastici universi lib. 3. Praxis erigendi pensiones - cui accesserunt – *vota decisiva et consultativa canonica lib. 2. - collectanea Bullarii sub titulo summae apostolicarum decisionum* (in indice decr. 22. Ian. 1642). *collectanea doctorum tam veterum quam recentiorum in ius pontificium universum; collectanea ex doctoribus tum priscis tum recentioribus in codicem Iustiniani.*

Franciscus Amicus S. I. († 1651). Testimonium eius doctrinae est *cursus theologiae scholasticae vol. 9.* quorum 5. continens de iustitiae, et iure tract. prohibitum fuit *donec corrigatur.*

Jacobus Sirmond. S. I. († 1651). Pauca hic scripsit, multa tamen edidit quae collecta prodierunt quinque volum. Tom. I. complectitur *Eusebii Caesareensis opuscula 14. - Marcellini, et Faustini presb. libellum precum ad Imperatores. – Rufini presb. provinciae Palestinae l. de fide – notas in 40. Serm. S. Aug.* ab ipso repertos – *Opuscula dogmatica veterum scriptorum qui ante 1200. claruerunt i. e. Leporii presb. libellum emendationis, Capreoli episc. carthag. epistolam ad Vitalem, et Tonantium, Breviarium fidei adversus arianos, Isaac ex iudaeo l. fidei, Victorini afri lib. contra Manichaeos, de principio diei, notitiam provinciarum et civitatum Africae - Praedestinatum* seu praedestinatorum haeresim. *S. Valeriani Ep. Cemeliensis homilias 20. Epist. ad monachos, C. Sollii Apollinaris Sidonii Avernorum Episc. opera omnia: appendicem Codicis Theodosiani, Magni Felicis Ennodii ep. Ticinensis opera.* - Tom. 2. continentur *S. Aviti Archiep. Viennensis opera; Idatii episcopi chronicon et fasti consulares; Marcellini viri et comitis Illyriciani chronicon, Facundii episc. Hermianensis pro defens. 3. capit. concil. chalced. lib. 12. B. Eugenii Ep. Toletani opuscula; Theodulfi Aurelianensis Ep. opera; Amolonis Lugdun. Archiep. ad Gothescalcum epist; S. Aug. sententiae de praedestinatione, Servati Lupi presb. de tribus quaestion.; Rabani Archiep. Moguntini de praedestinatione Dei epist.* Tomus 3. habet *Caroli Calvi et successorum aliquot Franciae regum capitula; Anastasii Bibliothecarii collectanea; Goffridi ab. Vindocinensis epistolas, opuscula, sermones; Petri ab. cellensis epistolarum lib. 9.* Tomo 4. reperiuntur opuscula polemica *de suburbicariis regionibus, et ecclesiis* adversus Salmasium; *de canonis 2. Conc. Arausicani lectione* adversus Aurelium; *dissertatio* in qua *Dionysii Parisiensis, et Dionysii Areopagitae* discrimen ostenditur. - *Quaestiones* de *lege Celebrandis,* de paragrapho *Duorum fratrum, de cod. Alarici regis; historia praedestinatiana; historia poenitentiae publicae; Diatribae sirmitanae,* et alia minoris momenti. Tomus 5.

continet *S. Theodori Studitae epistolas* aliaque scripta dogmatica graece et latine.

Praeter haec edidit quoque Sirmondus *Iac. Cosmae Fabricii notas stigmaticas ad magistrum.* - L. 3. *Fulgentii de veritate praedestinationis et gratiae: Excerpta ex lib. contra Fabianum; S. Paschasii Radberti opera; Concilia antiqua Galliae; B. Theodoreti Ep. Cyri opera omnia; Hincmari Rheemensis Archiep. opera; S. Greg. Neocesariensis in Originem orationem prosphoneticam;* Opuscola varia: quasdam vitas quae recensetur in Actis Sanctorum. Plurima vero extant inedita.

Dionysius Petavius S. J. († 1652). Multa sunt opera quae vel scripsit vel illustravit vel edidit doctissimus hic vir. Praecipua sunt *Synesii Epis. Cyrenes opera; S. Nicephori Patriarchae Constantinop. Breviarium historicum de rebus gestis ab obitu Mauritii ad Constantinum usque Copronymum; S. P. N. Epiphanii Constantiae sive Salaminis in Cypro Ep. opera omnia* cum animadversionibus, et dissertationibus variis; *Opus de doctrina temporum: Uranologium; Dissertationes astronomicae, chronologicae, polemicae etc. – Rationarium temporum in 2. part. tributum. La pierre de touche chronologique; Iuliani Imp. opera; de Photino haeretico eiusque damnatione in 5. synodis etc. dissertatio. Elenchus diatribae utriusque de Photino et sirmiensi synodo; De potestate consecrandi, et sacrificandi sacerdotibus a Deo concessa deque communione usurpanda diatriba* contra anonymum. *Dissertationum ecclesiasticarum lib. 2. De ecclesiastica hierarchia lib. 5. De Pelagianorum, et Semipelagianorum dogmatum historia; De libero arbitrio;* Contra vero Vincentium Lenis scripsit *Elenchum Theriacae Vincentii Lenis.* - Adversus Arnaldum scripsit *De la pénitence publique et de la préparation à la communion lib. 6. Theologicorum dogmatum Tom. 4.* Petavius in re chronologica nemini fuit secundus.

Jacobus Goar Ord. Praed. († 1653). Ab eo prodiere. - *Euchologion sive rituale graecorum* opus doctissimum et rarum: *Georgii Cedreni compendium historiarum; Ioan. Scylitzes Curopalates* excipiens ubi Cedrenus desinit, nunc primum graece editus. *Georgius Codinus Curopalata de officiis magnae Ecclesiae Constantinop. Georgii monachi, et S. Tarasii patriarchae C. P. quondam syncelli chronographia* ab Adamo usque ad Diocletianum. *et Nicephori patriarchae C. P. breviarium chronographicum* ab Adamo ad Michaelis et eius F. Theophili tempora; *S. Theophanis chronographia et Leonis grammatici vitae recentiorum imperatorum.*

Lucas Wadingus Ord. Min. († 1657). Auctor nominatissimus *trium ordinum S. Francisci annalium.* Alia opera eius sunt *legatio* Philippi III. et IV. Hisp. regum ad Paulum V. Gregorium XV. et Urbanum VIII *pro definienda controversia conceptionis B. M. V.* in quo

lib. ostendit *Immaculatae Conceptioni B. V. non adversari eius mortem corporalem; de Virginis baptismo; de redemptione Deiparae semper Virginis; commentaria ad vitam, et opuscula S. Anselmi Epis. Lucensis. – opuscula S. Francisci* cum commentariis: *Angeli del Pas commentaria in Marcum et in Lucae evangelium Vol. 2.* Novam praeterea curavit Scoti editionem, cui addidit Doctoris subtilis vitam, ac suas aliorumque Doctorum notas et censuras ad singulos libros.

Ioannes Eusebius Nieremberg S. I. († 1658). Celebritatem innumeris asceticis doctisque libris assequtus est quorum praecipui sunt *Del aprecio y estima de la divina gracia; de origine S. Scripturae lib. 12; de perpetuo obiecto festi Immaculatae Conceptionis Virginis* cui accedunt *epist. et dissertationes; Theoria compendiosa de solida veritate Conceptae Deiparae absque labe originali ex canonicis atque orthodoxis fundamentis – De sanctitate instituti festi, certa et necessaria ad cultum ecclesiasticum.*

Ioannes Morinus Cong. Orat. († 1659). Ex eius operibus extant *Exercitationum ecclesiasticarum Libb. 2. - Biblia LXX. interpretum graeco-latina - Exercitationes biblicae de hebraei graecique textus sinceritate, germana LXX. interpretum translatione dignoscenda illiusque cum vulgata conciliatione. – Diatribe elenctica de sinceritate hebraei graecique textus dignoscenda – Exercitationes ecclesiasticae in utrumque samaritanorum Pentateuchum. - Opuscula hebraeo-samaritana - Commentarius historicus de disciplina in administratione sacramenti Poenitentiae – Commentarius historicus ac dogmaticus de sacris Ecclesiae ordinationibus secundum antiquos, et recentiores.* Opera posthuma sunt *de catechumenorum expiatione; de sacramento confirmationis; de contritione, et attritione; Epistolae nonnullae de variis antiquitatis ecclesiasticae argumentis, et de graecorum basilicis.*

Card. Ioannes de Lugo S. I. († 1660). Post D. Thomam, ut inquit S.Alphonsus, inter alios theologos facile princeps, scripsit disputationes *de iustitia et iure: de virtute fidei divinae; de incarnatione; de ven. Eucharistiae sacram. et de sacros. Missae sacrificio; de virtute et sacramento poenitentiae; de suffragiis; responsorum moralium lib. 6.*

Xantes Mariales (al. Pinardi) Ord. Praed. († 1660). Prelis dedit *controversias ad universum summ. theol. S. Thom. Aq. nec non ad 4. ll. mag. sent; amplissimum artium, scientiarumque omnium amphitheatrum; Bibliothecam interpretum ad universam summ. S. Thom. Aquinatis Vol. 4* quorum e primo tomo expungi debet controversia prolegomena ex decreto S. Cong. indicis 20 Iun. 1662.

Petrus Marchant Ord. Min. († 1661). Praeter plura ascetica, reliquit *tribunal sacramentale et visibile animarum in hac vita mortali. - Lib. complectentem omnium statuum, graduum, officiorum naturam, obligationes, peccata etc. – notabiles resolutiones variorum*

casuum et quaestionum practicarum : expositionem incruenti missae sacrificii. Scripsit quoque *librum* cui titulus *Sanctificatio S. Ioseph. Sp. B. V. in utero asserta,* qui tamen decr. 19 Mart. 1633 in indicem relatus fuit.

Petrus de Marca († 1662). Famosum edidit opus cui titulus *Dissertationes de concordia sacerdotii et imperii* - quod 11 Iun. 1642. prohibitum fuit donec corrigatur. Reliquit etiam *Opuscula 16.* quae publicavit Baluzius, inter quae commemorandae sunt *dissert. de stemmate et genealogia Christi ; de adventu magorum ad Christum, et an hi reges fuerint, de singulari primatu Petri ; de Vigilio Papa ; de primatu lugdunensi, et caeteris primatibus ; de discrimine clericorum, et laicorum ex iure divino, deque forma regiminis ecclesiastici ; de tempore synodi plenariae sirmiensis ; de antiquis canonum collectionibus.* Alias eiusdem dissertationes posthumas, sacras et ecclesiasticas cum Petri biographia edidit P. de Faget.

Ioann. Martinonus S. I. († 1662. *Theologiam universam 5. Tom.* complexus est etvulgavit sub nomine anagrammatico *Antonii Moraines* alterum opus utilissimum inscriptum *Anti-Iansenius h. e. selectae disputationes de haeresi pelagiana, semipelagiana deque variis statibus humanae naturae, et de gratia Christi Salvatoris,* cuius operis dum secundam auctioremque editionem curaret, e vivis excessit.

Theophilus Raynaudus S. I. († 1663). Huius praestantissimi theologi opera prodierunt cura P. Bertet Tom. 19. comprehensa sequenti ordine: Tom. I. *Theologia patrum* Tom. 2. *de attributis Christi.* T. 3. *Moralis disciplina,* opus quo subtilitas scholastica literarum amoenitate temperatur, principia stabiliuntur iuris ex ethnicorum et christianorum sapientum defloratione concinnata; Tom. 4. *de virtutibus et vitiis.* Tom. 5. *Theologia naturalis.* Tom. 6. constat opusc. *eucharisticis.* Tom. 7.º continentur *Marialia sc. diptycha mariana, scapulare marianum illustratum et defensum, dissertatio de retinendo titulo immaculatae concept. Deiparae Virg. nomenclator marianus.* Tom. 8. inscribitur *Hagiologium lugdunense* in quo praeter dissertationem de diversis sanctis est libellus inscriptus « Maria immaculate concepta primos in Gallia honores Lugduni consecuta. » Tom. 9. *Hagiologium exoticum.* Tom. 10. *Pontificia* in quo praeter alia extat *Corona aurea supra mithram rom. pont. selectorum titulorum quibus concilia et patres rom. pont. et sedis apostol. maiestatem coronarunt, illustrata collectio.* Tom. 11. *critica sacra* inter quae reperies *Erotemata de malis ac bonis libris deque iusta aut iniusta eorumdem confixione,* (donec corrigantur prohibita dec. 10. Iun. 1659.) Eius editio prodiit Lugd. 1650. Tom. 12. – *Miscella sacra* inter quae exstat *lib. de malis bonorum ecclesiasticorum male per beneficiarios captatorum aut dispensatorum.* Dissertatio *de sobria alterius seculi*

frequentatione per sacros, et religiosos homines. Tom. 13. opusculorum *miscella philologica* inter quae de *stigmatismo sacro et profano, divino, humano, daemoniaco;* Tom. 14. opuscula moralia, uti sunt *de honore iudicis, de aequivocatione et mentali restrictione de ortu infantium contra naturam per sectionem caesaream tractatio, de monitoriis ecclesiasticis.* Tom. 15 et 16. *Heteroclita spiritualia.* Tom. 17. *Ascetica. 18. Polemica.* Tom 19. *Indices generales.* Paraverat etiam tomum 20. quem vocabat *Apopompaeum*, ubi tradere meditabatur quae in corpus operum suorum referre noluerat, sed mors auctoris inopina editionem interturbavit, quae tamen emersit Cracoviae (sed falso) a. 1669. Tomus hic 20. prohib. fuit dec. 23. Mart. 1672. excepto libro; – *Hipparchus, et tractatu* Αὐτὸς ἔφα *Os Dni locutum est* – qui separati permittuntur. Edidit quoque *S. Anselmi Arch. Cantuar. opera omnia;* et aliorum Patrum sermones et opuscula eruta ex Bibliot. Vaticana.

Antoninus Diana Cler. Reg. († 1663). Reliquit *resolutiones morales tom. 12.* - quarum novam, et ordinatam editionem curavit Martinus de Alcolea Ord. Carthus. cui hunc titulum fecit – *Antoninus Diana. . . . . coordinatus* Lugd. 1667.

Franciscus Macedo a S. Augustino Ord. Min. († 1681). Nominatissimus hic vir, qui ob insignem eius doctrinam, *monstrum scientiarum* appellatus est, multa et varia scripsit opera. Potiora sunt *Collationes doctrinae S. Thom. et Scoti; Scholae theologicae positivae ad doctrinam catholicorum, et confutationem haereticorum apertae*; *De clavibus Petri, Controversiae selectae contra haereticos, et schismaticos*; *Assertor romanus adversus calumnias heterodoxorum; Tessera romana auctoritatis pontificiae*; *Doctrina S. Augustini de praedestinatione*; *Mens divinitus inspirata SS. papae Innocentii X. super quinque propositionibus Corn. Iansenii; Scrutinium D. Augustini de praedestinatione, gratia, et libero arbitrio; cortina d. Augustini de praedestinatione, et gratia*; *Mens d. Augustini illustrata; Concentus euchologicus s. matris Ecclesiae in breviario S. Augustini; Commentationes duae ecclesiastico-polemicae - Medulla historiae ecclesiasticae; diatriba de adventu S. Iacobi in Hispaniam*; *Azymus eucharisticus* sive RR. P. fr. Ioannis Bona Ab. General. Cisterciensis ex congregatione foliensium doctrina, de usu fermentati in sacrificio missae per mille et amplius annos a latina ecclesia observato.....examinata, expensa, refutata, (Decreto 2. Octob. 1673 in indicem vet. libr. donec corrigatur relatus.) De hoc argumento edidit etiam *Disquisitionem theologicam. Tandem Schema S. congreg. S. officii Romani cum elogiis eminentis. principum Cardinalium et Corollarium de infallibili auctoritate Romani Pontificis in mysteriis fidei proponendis et eiusdem controversiis decidendis.*

Hoc etiam tempore floruerunt Angelus Vulpes Ord Min. Conv. († 1647) qui scripsit *Summam S. Theolog. Scoti* et *Comment.* in eamdem — Sylvester Petra-Sancta S. I. († 1647) a quo prodiit opus inscriptum *Thaumasia verae religionis contra perfidiam sectarum* Tomis 3. distributum. — Franciscus Maria de Monacho Cler. Reg. († 1651) qui praeter *Comment.* in *universam Aristotelis philosophiam* ad S. Thomae doctrinam expensa, plura alia exaravit opera, inter quae eminent Lib. 3. *de fidei unitate ad Carolum Brittanniarum regem* — Iodocus Kedd. S. J. († 1657) cujus ultra sexaginta recensentur opuscula partim *latine*, partim *flandrice* et *germanice* edita, inter quae celeberrimum est illud inscriptum *Religions spiegel darinnen 12 propositiones allen Lutherischen Calvinisten Predicanten freundlich sorgehalten worden zu beantworten.* — Mentione pariter digna sunt alia sequentibus titulis distincta *Reformatae religionis examen; Idea caussarum cur Lutheranismus aliaeque sectae abjiciendae, sola vero religio catholica amplectenda sit; Heliapolis; Evangelisch Kellerhauss und Hertzenpress; Statera veritatis; Anagraphia Lutheranismi; Monstrum ubiquitatis; Libellus consequentiae.*

Joannes Bapt. de Lezana Ord. Carmel. († 1659) inter cujus opera historica, moralia et scholastica praecipua sunt *Summa Theologiae Sacrae; Liber apologeticus pro immaculata Deiparae V. Mariae conceptione*; *Summa quaestionum regularium; Consulta* varia theologica juridica et regularia — Laurentius Forer S. J. († 1659) qui varia publicavit opuscula quorum pleraque disputationes sunt contra Protestantes initae. Tituli illis praefixi sunt *Lutherus taumaturgus; Septem characteres reformatoris Germaniae M. Lutheri; Bellum ubiquisticum vetus et novum; Ubinam ante Lutherum protestantium Ecclesia fuerit; Antiquitas papatus.*

Bartholemaeus Mastrius Ord. Min. Conv. (fl. an. 1659) qui edidit *disputationes theologicas in 4 Libr. Sent. ad mentem Duns Scoti; Theologiam moralem ad mentem DD. Seraphici et Subtilis.* — Franciscus Quaresmius Ord. Min. (fl. a. 1660) a quo prodiere *Elucidatio terrae sanctae historica, theologica et moralis; De quinque vulneribus D. N. Jesu Christi varia, pia et luculenta tractatio; Apparatus pro reductione chaldaeorum ad catholicam fidem.* Lucas Holstenius († 1661) cujus praecipua opera sunt *Epistola de usitata etiam abissinis communione sub unica specie; Codex regularum quas SS. Patres monachis et Virginibus servandas praescripsere; Collectio romana veterum aliquot historiae ecclesiasticae monumentorum; Passio SS. Perpetuae, Felicitatis et Bonifacii romani,* nec non *Acta SS. Tarachii, Probi et Andronici; Annotationes in geographiam sacram Caroli a S. Paulo,* cui duplex accedit Dissertatio *de Sacramento Confirmationis apud graecos; Theodori Ep. Ancyrani expositio symboli nicaeni adversus Nestorium; sententia de editione Concilii Basilecnsis, Dissertationes tres de epistola synodica Alex. Ep. Alexandrini et de episcopatu Synesii;* denique *dissertationes epistolicae.*

Citatis scriptoribus accensendi sunt: Petrus de Godoy Ord. PP. († 1677 qui scripsit *Disputationes theologicas*, in I. p. t. 3. in f. (in qq. 2-14-26-43) in 1. 2. p. *de beatitudine, de peccatis et de gratia*, in 3. p. t. 3. in fol. (in qq. 1-3-12-24) omnes simul ed. Venet. an. 1686, quae tamen editio innumeris scatet erroribus. Ex hisce disputationibus praesertim in 1. p plura derivavit Gonet in suum Clypeum thomisticum cum magna auctoris commendatione.

Emmanuel Gonzalez Tellez (fl. a. 1678) qui edidit *Comment. perpetua in singulos textus 5. lib. Decret. Gregorii IX* cui operi elaborando singulisque decretalibus per notas ab historia et chorographia petitas et per uberes commentarios illustrandis viginti annos se impendisse testatur, edidit etiam *Concilium Illiberitanum cum discursibus apologeticis Ferdinandi de Mendoza.* — Nicolaus Cichovius S. I. († 1669) qui haereticorum et haeresis arianae in Polonia renascentis oppugnator acerrimus, edidit opera inscripta *Credo Arianorum; Triumphus ss. et aeternum adorandae Trinitatis* et hujus *Epitome; Colloquium Biberense de processione Spiritus Sancti a Filio; Angelici Doctoris S. Thomae Aquin. de Bmae Virginis Deiparae immaculata concept. sententia; Tribunal ss. Patrum Orient. et Occid.; Speculum samosatenistarum.*

Franciscus Annatus S. I. († 1670) a quo varia prodierunt opera 3. Tomis comprehensa quaeque potissimum adversus Arnaldum ejusque asseclas directa sunt. — Petrus Franciscus Chifflet S. I. († 1682) edidit praeter alia *Fulgentii Ferrandi diaconi carthaginensis ecclesiae opera; Scriptorum veterum de fide catholica opuscula 5; S. Bernardi Claraval. abb. genus illustre assertum;* et opus inscriptum, *Paulinus illustratus;* denique *Bedae presbyteri et Fredegarii scholastici concordiam.* — Dadinus Altaserra († 1682) qui scripsit *Eccl. jurisdict. vindicias; LL. 4. Dissertat. Iuris canonici; Comment. in Lib. Clementin. - Asceticon* sive *Originum rei Monasticae Lib., Notas et observationes in 10. LL. historiae Francorum Gregorii Turonensis* et *suppl. Fredegarii;* Eruditissimae praeterea ei debentur *annotationes in Anastasium de vitis RR. Pontificum,* et *notae ac observationes in 12 LL. Epist. S. Gregorii Magni.*

Joannes (Cardenas S. I. († 1684) qui auctor est operis inscripti *Crisis theologica bipartita,* et op. *geminum sidus Mariani diadematis.* — Lucas D' Acherri O. S. Bened. († 1685) qui edidit *Spicilegium veterum aliquot scriptorum; S. Barnabae Ep. Cathol., B. Lanfranci Cantuar. Episc. opera omnia.* Coepit etiam colligere *Acta Sanctorum Ord. S. Bened.* et ab anno 500 ad annum 1100 progressus est. — Thomas Tamburrini S. I. († 1675) qui vulgavit *Explicationem Decalogi; methodum expeditae confessionis; de sacrificio missae libro tres* et alia opera praeclara.

Franciscus de Arauxo Ord. Praed. († 1658). Praeter *Commentaria in universam Aristotelis metaphysicam*, reliquit *Commentaria in summam S. Thomae;* opus cui titulus *Variae et selectae decisiones morales ad statum ecclesiasticum et civilem pertinentes; Opuscula tripatita* h. e. in tres controversias triplicis theologiae divisa. Ipsi etiam nonnulli adiudicant *Tractatum de gratia.*

Zacharias Pasqualigo Cl. Reg. († 1664) Auctor in re morali classicus, licet propendeat ad opiniones laxiores. In theologia morali fere universa opus omnium praestantissimum scripsit cui titulus *De Sacrificio novae legis quaestiones theologicae, morales, iuridicae;* Insuper *Variarum quaestionum moralium canonicarum centuriae IV.; Sacra speculativa doctrina de Deo; theoria et praxis magni iubilaei; praxis iciunii ecclesiastici et naturalis; singulares selectae quaestiones morales iuridicae; theoria et praxis; disputationes metaphysicae: observationes ad tractatum Laureti De Franchis; De controversiis inter episcopos et regulares:* digessit praeterea edidit et praefatione donavit *Prosperi Farinacii iudiciale Repertorium et eius opus de contractibus;* His autem addenda sunt opera inscripta *Decisiones morales; et sacra moralis doctrina de statu supernaturali humanae naturae* quae in indice lib. prohib. reperiuntur.

Ioannes Bollandus S. I. († 1665) Unde Ballondistarum nomen. *Acta Sanctorum* deduxit ad 5 volumina in folio. Quod opus prosecuti deinde sunt Henschenius aliique Iesuitae, qui ante suppressionem Societatis illud auxerunt ad 49 volum. Extincta Societate C. Byeus et I. Bucus S. I. una cum I. B. Fonsono Can. Reg. A. Bertholdo Benedictino, S. Dyckio, C. Goario et M. Stalzio Praemonstratensibus tria volumina addiderunt quorum ultimum nempe LII excurrit usque

ad 15 octobris. Operis continuationem nunc resumpserunt Patres Societatis in Belgio.

Rodericus de Arriaga S. I. († 1667) Edidit *Cursum philosophicum et disputationes theologicas in summam S. Thomae.*

Sfortia Card. Pallavicino S. I. († 1667) Celeberrimus auctor historiae Concilii Tridentini. Dici satis non potest pretium huius operis quod doctrina, eruditione, profunditate et maiestate iudicii legentium intellectum sibi obbligat atque utilitate et iucunditate eorum voluntatem devincit. Eius editio originalis rara et admodum pulchra prodiit Romae 1656-1657. 2 Vol in fol. et secundis curis emissa fuit ibid. an. 1664, 3 Vol. in 4.° Mediolani 1717 vol. 3 in 4.° et alibi. Editio Faventiae anni 1792 optima est, quam curavit annotationibusque illustravit Franc. Antonius Zaccaria – Praeter hanc historiam dedit Pallavicinus opera inscripta *Assertionum theologicarum; disputationum in lib. 2. S. Thomae - Del bene libri quattro; arte della perfezione cristiana; la verità della Religione Cattolica dimostrata brevemente*; *la Biblioteca classica sacra* - et alia opuscula.

Philippus Labbeus S. I. († 1667). Vir mirae eruditionis atque acerrimi iudicii in veterum scriptis recensendis. Inter innumera opera, quae edidit, recenseri in primis debet collectio conciliorum, quae prodiit titulo *Sacrosancta Concilia ad regiam editionem exacta.* Post impressum vol. 8. huius operis Labbeus decessit et reliqua absolvit atque edidit Cossartius. Iampridem vulgaverat *Conciliorum generalium nation. provin. dioeces. cum vitis epistolisque RR. pontif. historicum synopsim; Galliae synodorum conciliorumque brevem et accuratam historiam; Sacrosanti Oecumenici Concilii Tridentini canones et decreta; Concordiam sacrae et profanae chronologiae;* et alia quamplurima.

Isaac Habert († 1668) Quem Petavius vocat « virum integerrimum et eruditissimum, christianae contra novam factionem, idest Iansenianos, vindicem assertoremque fidei ». Ei tribuitur 85 Episcoporum Galliae epistola ad Inn. X. Reliquit autem suae eruditionis monumentum in operibus inscriptis *De Cathedra seu Primatu s. Petri; In b. Pauli Ap. epistolas tres episcopales expositio perpetua*; *Theologiae graecorum patrum vindicatae circa universam gratiae materiam:* edidit praeterea *librum Pontificalem Ecclesiae graecae*, quod opus in magna est apud eruditos existimatione.

Hermannus Busembaum S. I. († 1668). Theologiam morum ad systema revocavit, in suo celeberrimo opere *Medulla theologiae moralis.* In seligendo et coordinando nemini secundus mirum prorsus est quot et quanta in paucis accuratissime proponat.

Philippus a ss. Trinitate Ord. Carm. († 1671). Plura exaravit opera inter quae potiora sunt *Summa philosophiae; summa theo-*

logiae thomisticae ; summa theol. mysticae ; Maria sicut aurora consurgens seu de Imm. Concept. ; *Generalis chronologia usque ad auctoris tempora.*

Odoricus Raynaldus e Congr. Orat. († 1671). Baronii annales continuavit; cuius etiam continuationis concinnavit *epitomen* italice scriptam.

Franciscus Richard S. I. († 1673). Adversus graecos schismaticos graece scripsit : Τάργα τῆς πιστέως τῆς Ῥωμαϊκης Ἐκκλησίας εἰς τὴν διαφευδευσιν τῆς ὀρθοδοξίας.

Ioannes Bona Ord. Cist. († 1674). Eius opera sunt *De divina psalmodia ; Rerum liturgicarum* lib. 2. dein locupletati dissert. *de azymo et fermentato ; Via compendii ad Deum ; Manuductio ad coelum ; De discretione spirituum ; Principia et documenta vitae christianae ; De sacrificio missae ; Horologium asceticum.*

Ludovicus Engel O. S. Ben. († 1674). Ei debentur *Manuale Parochorum: Collegium universi iuris canon.: Privilegia monasteriorum; Forum competens.*

Henricus Pirihng S. I. (fl. 1674). Edidit *Ius canonicum in 5 lib. decretal. distributum ; de iure scripto et non scripto ; de iurisdictione et potestate praelatorum, et rectorum ecclesiae Episcopis inferiorum ; de potestate iudicis ordinarii, item delegati ; de rescriptis ; de constitutionibus et consuetudinibus ; de renunciatione beneficiorum.*

Gabriel Cossart S. I. († 1674). Labbeo suffectus est in edenda Conciliorum collectione cui addidit duplicem apparatum, quorum prior complectitur tabulas chronologicas geographicas et historicas, alter (sc. Tom. 18 rarissimus) tractatum Card. Jacobatii de Conciliis, cum nonnullis aliis. Dedit etiam *Parthenii patriarchae constantinop. Decretum synodale super calvinianis dogmatibus Cyrilli Lucaris constantinop. nunc primum ex oriente allatum graece et latine.*

Petrus van Walenburch († 1675) Scripsit *Tractatus generales de controversis fidei*, qui tractatus sunt vere classici.

Vitus Erberman S. I. († 1675). Ab eo prodiere *Anatomia Calixtina – Irenicon catholicum - interrogationes apologeticae – Anti-Musaeus* hoc est opus assertionis theologicae qua vindicatur fidei divinae analysis. - *Nervi sine mole* i. e. compendium contorversiarum Bellarmini vindicatum a cavillis Guil. Amosii. - *Trophaea Romana s. catholicae Ecclesiae.*

Henricus de Valois († 1676). Edidit *Excerpta Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Halicarnassensis, Appiani Alexandrini, Dionis et Ioannis Antiocheni - Ammiani Marcellini rerum gestarum lib. 31* (supersunt lib. 18). *Eusebii Pamphili historiam ecclesiasticam ; Vitam Constantini – Opus de vita, scriptis, fide, et orthodoxia Eusebii – Theodoreti et Evagrii historiam ecclesiasticam, item excerpta et historiam ecclesiasticam Philostorgii et Theodori lectoris.*

Iacobus Pignatelli (fl. 1676). Reliquit *Consultationes canonicas*, quibus adiectae fuere *consultationes novissimae canonicae:* Iacobus autem alius est a Fabricio Pignatelli S. I. cui tribuendum opus *De Monte propitiatorio pro peccatis* et opusculum *De Apostolatu Nathanaelis Bartholomaei.*

Prosper Fagnani († a. 1678). Iuris Canonici in Academia Romana insignis Professor vix annos 22 natus iam S. Congreg. Concilii tridentini Secretarius, aliisque diversis honoribus per 40 annos a Summis Pontificibus insignitus, adeo ut eodem tempore, undecim Congregationibus, quamvis caecitatis infortunio affectus, inserviret. Gregorius XV eius praesertim opera est usus in edenda celebri bulla « Aeterni Patris » qua modus eligendi novum pontificem accurate determinatur. Iussu Alexandri VII. dictavit *Commentaria in quinque Decretalium Libros* vere absolutissima, quibus inseruit *opusculum de opinione probabili* cuius liberiorem usum multis rationibus coercere studuit, sed nimium rigorem sectans meruit a S. Alphonso de Ligorio magnus rigoristarum princeps appellari. Eius Commentaria prodierunt cum repertorio generali (classico in suo genere) Romae a. 1661 quae editio optima est; Venetiis 1697, Coloniae 1704. Cf. cl. Hugon. Hurter S. I. in Nom. Lit.

Franciscus Combefisius O. Pred. († 1679). Edidit *SS. Patrum Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis et Andreae cretensis opera omnia – Graeco-latinae patrum bibliothecae norum auctarium T. 2. Bibliothecam Patrum concionatoriam:* opus inscriptum *Recensiti auctores bibliothecae patrum concionatoriae; S. Maximi Conf. Graecorum theologi opera* - De hoc auctore gravissima sunt iudicia quae a clariss. Card. Mai, et Ballerini refelluntur.

Leo Allatius (d'Alassy, Allacci) († 1679). Potiora inter multiplicia eius opera sunt *Catena SS. Patrum in Ieremiam Prophetam; expositio S. Ioannis Chrysostomi homiliae 8 Origenis et Maximi confessoris quaestio in eumdem prophetam – Eustathius Archiepis. antioch. in Hexaëmeron; Origenis de engastrimytho in I. Reg. homilia; De engastrimytho in Origenem dissertatio; Confutatio fabulae de Ioanna papissa ex monumentis graecis; Mantissa ad opera S. Anselmi ep. Cantuar.; De Psellis et eorum scriptis; De aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud graecos servandis; de libris ecclesiasticis graecorum dissertationes duae; De Mensura temporum antiquorum; De Ecclesiae occid. atque orient. perpetua consensione lib. 3 cum dissert.;* huic affine est opus *de utriusq. Eccl. orient. atque occid. perpetua in dogmate de purgatorio consensione.* Accedunt *L. Allatii ep. ad Io. Christianum de Boyneburg de perp. Ecc. or. et occ. tum in dogmate tum in ritibus consens.; ad B. Nihusium ep. 2 de comm. graecorum sub unica specie et de textu Machabaeorum de sacrificio*

pro mortuis ; Eustratius Constantin. de animabus separatis; Io. Vecci patriarch. const. lib. 3 de causa schismatis; Georgii Acropolitae historia byzantina ab an 1204 ad a. 1261.; Ioëlis chronographia compendiaria et Io. Canani narratio de bello constant. graece et latine, interprete L. Allatio cum eiusdem notis ; diatriba *de Georgiorum scriptis; Graeciae orthodoxae scriptores* tom. 2. Haec opuscula Allatius a tenebris eruit et in latinum transtulit. Eiusdem Allatii est interpretatio opusculorum graecorum: *enchiridion de processione Spiritus S.; Vindiciae synodi ephesinae et S. Cyrilli de processione Sp. s. ex Patre et Filio; Io. Henricus Hottingerus fraudis et imposturae convictus circa graecorum dogmata ;* cui opusc. respondit Hottinger libello inscripto *L. Allatius nimiae temeritatis convictus. - De octava synodo photiana; De Simeonum scriptis diatriba et Simeonis Metaphrastae laudatio auctore Psello - In Roberti Creygtoni apparatum, versionem et notas ad historiam Concilii Flor. scriptam a Silvestro Syropulo exercitationes ;* Merito igitur ob tot opera insignia, Allatius dicitur ultimus theologus atque scriptor qui Graeciae literarium servaverit honorem.

Antonius de Escobar et Mendoza S. I. († 1669). Praecipua eiusdem opera sunt *Universae theologiae moralis receptiores absque lite sententiae - Liber theol. mor. 24. S. I. doctoribus reseratus.* Composuit denique 20 opera vol. 42. in f. comprehensa e quibus praecipuum est *V. ac N. Testamentum literalibus et moralibus commentariis illustratum.*

Ferdinandus Ughelli Ord. Cist. († 1670). Ab eo exstat *Italia sacra*, sive de Episcopis Italiae et insulis adiacentibus - Opus infinitae lectionis et prorsus singulare.

Ioannes Bapt. Gonet Ord. Praed. († 1681). S. Thomae doctrinam magna nominis fama tradidit et thomistarum scholam strenue propugnavit; edidit vero *Clypeum theologiae thomisticae* cui adiecta est *apologia thomistarum - Manuale thomistarum - Dissertationem theologicam de probabilitate.*

Ioannes Garnerius S. I. († 1681). Eius praecipua opera sunt *Marii Mercatoris Augustino aequalis opera quaecumque extant,* hoc opus in duas partes divisum est, quarum secunda complectitur 7 doctissimas dissertationes. Distinguitur autem a Iuliano Garneiro O. S. Bened. operum S. Basilii editore.

Iacobus Platelius S. I. († 1681). Philosophiae primum ac deinde theologiae Professor in Academia duacena egregiam plane atque raram *synopsim cursus theologici* reliquit ed. Duaci 1654. 1661. in fol., diligenter recognitam et variis in locis locupletatam Duaci 1680 1682. Eidem Franciscus de Fourmestreaux S. I. partem postremam et posthumam de sacramentis ad mentem auctoris elaboratam et in multis auctam addidit. Ipsius etiam est opus inscriptum *Aucto-*

ritas contra praedeterminationem physicam pro scientia media. Cf. cl. H. Hurter S. I. l. c.

Christianus Lupus O. S. Aug. († 1681). Eius opera collecta prodierunt Venetiis, quorum 6 priores Tomi complectuntur Synodorum generalium et provincialium statuta et canones cum notis et historicis dissertationibus – Tom. 7. complectitur varias ad ephesinum patrum concilium epistolas – Tom. 8.° continetur *Divinum ac immobile S. Petri App. principis circa omnium sub coelo fidelium ad romanam eius cathedram appellationes adversus profanas hodie vocum novitates assertum privilegium* – Tom. 9. exhibet lib. Tertull. de praescriptionibus contra haereticos scholiis illustratum. Duo reliqui tomi continent opuscula posthuma quae cura G. Winants in lucem prodierunt.

Ioannes Baptista De Luca († 1683). Inter principes huius saeculi Canonistas numerandus. Eius opera collecta prodierunt hoc titulo: *Theatrum veritatis et iustitiae – Sacrae rotae rom. decision. ad theat. verit. et iust.* – Harum elucubrationum veluti summa exhibetur in opere italice scripto *Doctor vulgaris.*

Ioannes Baptista Cotelerius (Cotelier) († 1686). Vulgavit *SS. patrum qui temporibus apostolicis floruerunt, Barnabae, Clementis, Hermae, Ignatii, Polycarpi opera edita et inedita, vera et supposita* grece et latine cum notis, Paris. 1672, 2. Vol. in fol. editio admodum rara; aucta notis aliorum virorum doctorum Antuerp. 1698. Amstelod. 1724 quae ed. insignis est aliisque locupletior. – Publicavit praeterea *Ecclesiae graece monumenta* tribus comprehensa voluminibus quibus ex eius schedis quartum adiecere Maurini inscriptum *Analecta graeca.*

Bernardus Sanning Ord. Min. (fl. 1687). Disputator acutus ac in iure can. egregie doctus edidit insignia opera cuiusmodi sunt *Schola theologiae scotistarum; Schola controversistica* seu controversiae universae adversus haereticos omnes veteres et novos; *Schola canonica* seu universum ius canonicum nova methodo digestum; *Schola philosophica scotistarum.*

Carol. Ioseph. Tricassinus Ord. Capp. (fl. a. 1687). Per totam vitam ingenium industriamque suam ad hoc unum impendit ut Augustini sententiam de gratia et praedestinatione, quam ianseniani adeo obscurarunt, assequeretur et explicaret, quo in studio nulla eidem scientia nec facultas defuit, nullisque difficultatibus territus cessit. Opera eius sunt *Disp. theol. de praedestinatione hominum ad gloriam,* in qua clare demonstratur illam esse factam post praevisa merita, idque potissimum ex doctrina Augustini, et Bonaventurae. (ed. Paris. 1669 in 4.° *et ib.* 1673.) – *Supplementum Augustinianum* ad illustrandam et confirmandam praedictae praedesti-

nationis non gratuitate sed post praevisa merita factae veritatem (ed ibid. 1673); Tractatus *de indifferenti lapsi hominis arbitrio sub gratia et concupiscentia* secundum S. Aug. in quo tractantur et explicantur multae augustinianae phrases – *De necessaria ad salutem gratia omnibus et singulis data*, ubi multa producuntur recondita Augustini principia ex quorum cognitione pendet perfecta totius illius doctrinae praesertim quoad gratiam intelligentia (ed. ibid. 1673 in 4°). *De natura peccati originalis* secundum Aug. mentem, ubi clare demonstratur, hoc peccatum non esse concupiscentiam aut merum poenae reatum ut quidam putarunt; *De caussa bonorum operum tract.* ubi praecipue de bonitate spei vitae aeternae et timore gehennae disseritur (ib. 1677). *Supplementum ad tractatum de caussa bonorum operum* ubi agitur de sufficientia attritionis concepta ex metu gehennae cum sacramento poenitentiae; *Comment. brevis et continuus in LL. S. Aug. contra Pelagianos, in L. de gratia et lib. arbitrio, in L. de corrept. et gratia et in LL. contra semipel.* In his comm. Tricassinus hoc potissimum demonstrare conatur, Pelagianos ab Aug. propterea haereseos fuisse insimulatos, quod nullam gratiam Dei admitterent in voluntate necessariam. Tandem L. inscriptus *Gratia efficax a se ipsa refutata ex Libris S. Aug.*

Silvester Maurus S. I. († 1687) Celebratissima et classica eius opera sunt *Aristotelis opera, quae extant omnia, brevi paraphrasi ac literae perpetuo inhaerente explanatione illustrata* tom. 6. - *Nova et accurata ethicae aristotelicae editio* - *Quaestionum philosophicarum lib. 5.* - *Opus theolog. in t. 3. distributum* - *Quaestionum theologicarum. lib. 6.*

Dominicus a SS. Trinitate Ord. Carm. († 1687) Scripsit *Bibliothecam theologicam* (lib. 7) quae ditissimum est repertorium pro disciplinis theologicis.

Carolus du Fresne (Fraxinetus) Dominus du Cange († 1688). Praecipua eius opera sunt: *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis.* - Item *graecitatis.* - *Historia byzantina duplici commentario illustrata.* - *Ioann. Zonarae annales ab exordio mundi ad mortem Alexii Comneni.* - *Chronicon paschale.*

Augustinus Reding O. S. Ben. († 1692). Ab eo prodiere *Theologia Scholastica universa* – *Controversiae scholasticae ex universa theologia selectae* - *Oecumenici Tridentini Concilii veritas inextinta* - *Oecumenicae cathedrae apost. auctoritas asserta et vindicata adversus quatuor famosae declarationis cleri gallicani a. 1682. articulos* - *Vindex veritas annalium ecclesiasticorum Caes. Baronii* - *De dominio clericorum et religiosorum* - *De iniuriis et restitutione pro iis debita.*

Emmanuel Schelstrate († 1692). Eiusdem opera sunt - *Antiquitas illustrata circa Concilia generalia et provincialia* quod opus

secundis ipse curis auxit et in plures tom. divisit adiecta enarratione *chronographica et geographica* - *Ecclesia africana sub primate carthagin.* - *Sacrum antiochenum concilium.* - Plurima autem vulgavit adversus cleri gallicani declarationem cuiusmodi sunt opuscula inscripta *De lugendis actis cleri gallicani congregati; de sensu et auctoritate decretorum Conc. constantiens. sess. 4 et 5* - *De discipl. arcani contra disputationem Ernesti Tentzelii* - *Dissertatio de auctoritate patriarchali et metropolitica* adversus scripta ab Ed. Stillingfleet - *Acta orientalis Ecclesiae* contra Lutheri haeresim.

Laurentius Brancatius de Lauria O. Min. Conv. († 1693). Ab Inn. XI inter Cardinales cooptatus plura reliquit sapientissima opera, inter quae eminent *Commentaria in 3 et 4 lib. sentent.* doctoris subtilis - *Opuscula tria de Deo* - *Epitome canonum omnium, qui in conciliis gen. et prov. usque ad Alex. VII continentur.*

Philippus de Aranda S. I. († 1695). Eius extant opera *De Deo sciente, praedestinante, et auxiliante* - *De div. Verbi incarnatione, et redempt. gen. hum.* - *De homine moraliter et supernaturaliter operante.*

Ludovicus Thomassinus (Thomassin) († 1695). Scripsit latine *Dissertationes in concilia generalia et provin.* gallice *Remarques sur les conciles* - *Mémoires sur la grace* - *Ancienne et nouvelle disciplina de l' Eglise touchant les Bénéficiers* - quod opus in meliorem ordinem redactum latine reddidit et variis annotationibus locupletatum edidit cl. Mansi.

Card. Caelestinus Sfondrati O. S. Ben. († 1696). Plura plane egregia reliquit opera, inter quae praecipua sunt *Cursus philosophicus sangallensis* - *Disputatio de lege in praesumptione fundata* - *Regale sacerdotium rom. pontificis assertum et quatuor propositionibus explicatum*, sub nomine Eug. Lombardi. Huius operis velut alter tom. est *Gallia vindicata* - *Innocentia vindicata* in quo opere, angelicum doctorem immaculatum Virg. conceptum non negasse, sed potius docuisse, ostendit - *Nepotismus theologice expensus* - *Nodus praedestinationis* quantum homini licet, dissolutus, opus posthumum - scripto anonymo impugnatum cui titulus: *Augustiniana Ecclesiae rom. doctrina* nodo extricata per varios S. Aug. discipulos; cui tamen alter anonymus respondit libro inscripto *Dispunctio notarum 40* quas scriptor anonymus cm. Card. Sfondrati libro cui titulus: Nodus praedestinationis etc. inussit.

Iosephus Saenz de Aguirre O. S. Ben. († 1699). Ab eo prodiere *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis* - *Ludi salmanticenses* sive theol. floruleuta - *Philosophia novo-antiqua rationalis* - *Philosophia morum* - *De virtutibus et vitiis morum* - *S. Anselmi archiep. cant. theologia commentariis et disputationibus tum*

dogmaticis tum scholasticis illustrata - Defensio cathedrae s. Petri, adversus declarationem cleri gallicani editam. a. 1682.

Ludov. Sebast. Le Nain de Tillemont († 1698). Scripsit *Histoire des empereurs et autres princes qui ont régné dans les six premiers siècles de l' Eglise;* itemque - *Mémoires pour servir á l'Histoire ecclesiastique.*

Ioan. Iustinus Ciampini († 1698). Ex eius operibus mentione digna sunt *Vetera monumenta - Coniecturae de perpetuo azymorum usu* in Eccl. lat. vel saltem Rom. - *Examen libri pontificalis,* ubi eruditissimus vir contendit, Vitas romanorum Pont. eo contentas diversorum esse auctorum - *Parergon ad examen Libri pontific. - De sacris aedificiis a Const. M. constructis - Explicatio duorum sarcophagorum* sacrum baptismatis ritum indicantium.

Io. Thomas de Rocaberti Ord. Pr. († 1699). Edidit librum apologeticum - *de romani pontificis Honorii I invicta in fide constantia* tom. 3.

Antonius Pagi O. Min. Conv. († 1699 vel 1695) Ultra *criticam historicam - theologicam* in universos annales Card. Caes. Baronii, publicavit *D. Antonii Paduani O. Min. sermones hactenus ineditos de sanctis et diversis*

Ludovicus Marracius Cl. reg. († 1700). Linguae arabicae peritissimus 40 annos impendit editioni, versioni et refutationi Alcorani, quod opus prodiit hoc titulo: *Alcorani textus universus.*

Hoc etiam aevo inclaruerunt Franciscus Albitius Card. [† 1624] qui scripsit *de inconstantia in fide; de inconstantia in Iudiciis; de iurisdictione Cardinalium in suis titulis.* — Eusebius Amort Can. reg. O. S. Aug. varietate operum doctrinaque illustris, qui suam *theologiam moralem et scholasticam* prius a Benedicto XIV recognitam typis mandavit. — Nicolaus Baldellus S. I. [† 1655] auctor gravis et probabilista qui scripsit *disputationes ex Theol. morali* — Vincentius Baronius, Ord. PP. [† 1670] cuius tamen *theol. moralis* nimis rigida in indicem relata est. — Eligius Bassaeus Ord. Capp. [† 1650] edidit *flores totius theol. practicae,* et auctor est gravis et probabilista.

His adiungendi sunt Augustinus Bernal S. I. [1642] vir eximiae eruditionis et pietatis qui scripsit *de Sacramentis in genere deque Eucharistia et ordine.* — Martinus Bonacina a quo habentur *Opera Moralia* et auctor est gravis et probalista. — Ioannes Carasutius Cong. Orat. cuius est *Iuris Canonici theoria et praxis.* — Ioannes de Lobkowitz [Caramuel] Ord. Cisterc. [† 1649] quem S. Alph. principem laxistarum vocat, edidit *Theologiam fundamentalem, moralem, ac theologiam regularem.*

Vincentius Contensonius Ord. PP. auctor iuxta S. Alph. rigidissimus — Pyrrhus Corradus qui dedit *Praxim dispensationum.* - Vincentius de Iustis [fl. 1691] scripsit de *impedimentis et dispensationibus matrimonialibus.* — Ioannes Dicastillus S. I. [1653] non minus pius ac doctus vulgavit Op. *de Sacramentis, de iuramento et censuris ac de iustitia et iure.*

Nicolaus Garcias qui scripsit egregie *de beneficiis ac de dispensationibus.* — Georgius Gobat S. I. [1679] auctor valde eruditus et experientia abundans sed satis benignus cui debentur opera inscripta *Experientiae sacramentales* et *Quinarium Tractatuum.* - Matthaeus Moya S. I. cuius *quaestiones selectae morales,* teste Bassler ut nimis benignae Romae prohibitae et igni traditae sunt, sed postea correctae prodierunt Coloniae cum approbatione superiorum. — Bruno Neusser Ord.

Recollect. auctor operis inscripti *absolutissima Polyanthaea Theologo-Moralis-Canonica.* — Valerius Reginaldus S. J. [1623] discipulus Maldonati quem S. Alph. inter doctores classicos numerat, scripsit *Praxim fori poenitentiarii, ac de prudentia Confessarii.* Joannes Trullenchus qui dedit *Praxim Sacramentorum*, auctor gravis et probabilista.

SAECULO XVIII

Ioannes ab annunciatione O. Carm. († 1701). Cuius velocitatem calami, doctrinae profunditatem ac perspicuitatem mirati sunt aequales. Redegit *Cursum philosophicum collegii complutensis* ad formam clariorem in tom. 4 tributum. Continuavit *Cursum theologicum salmanticensem* ab Ant. a Matre Dei inchoatum, adiectis partibus *de gratia habituali actualique, de fide, spe, caritate, statu religioso, de incarnatione, de sacramentis, de poenitentia.*

Stephanus de Champs S. I. († 1701). Huius plurima sunt opera, inter quae *Defensio censurae s. facultatis parisiensis* in 3 part. divisa - *Le secret du Jansénisme decouvert et réfuté* - *Responsio ad obiectiones vincentianas.*

Anacletus Reiffenstuel O. S. Francis. († 1703). Haec potiora sunt eius opera *Tractatus de probabilismo* – *Theologia Moralis* – *Ius canonicum universum cum tractatu de regulis iuris*, quod prodiit posthumum, - accessit *appendix omnium regularum iuris civilis.*

Iacobus Benignus Bossuet († 1704). Episcopus Meldensis ac vir doctissimus. Reliquit Sermonem in historiam universam *(Discours sur l' histoire universelle).* Editioni tertiae huius operis additamenta adiecta sunt praesertim ad tuendam adversus incredulos S. Scripturae inspirationem. Opus magnificum et eloquens quod complectitur theodicaeam ope historiae pertractatam. Huius operis continuatio anonyma prodiit Amstelodami a. 1722, sed Tomi II et III erroribus scatent atque ideo in Hispania fuere prohibiti tamquam continentes propositiones Iansenio faventes, proximas haeresi, scandalosas ac etiam formaliter haereticas. Scripsit etiam praeter Scholia in Psalmos et in Libros Sapientiales, *Commentarium in Apocalypsim* et *Historiam variationum ecclesiarum Protestantium* in qua nitide quidem et eloquenter errorum protestantismi genesim, metamorphoses, inconstantiam et contradictiones ex documentis authenticis aperit et persequitur, sed subinde minus accurate, pacis enim amore ductus in id incumbit ut doctrinarum diversitatem seu oppositionem inter catholicos et Protestantes minuat vel eam aliquoties minus percipit, sed tamen invicte ex visceribus causae protestantismi falsitatem demonstrat Cf. de hoc opere Katholik t. 22. pag. 45-75 et 187-201. Werner, Geschichte der apolog. und polem. Literatur 4. 695 seq. Reliquit praeterea alia innumera opera quae collecta prodierunt Venetiis 1736 1757 vol. 10

in 4.° Paris. 1743 1753, sed omnium optima integra et fidelis est edit. Parisiens. an. 1862 Vol. 13 in 8°.

Henricus Norisius O. S. Aug. († 1704). Edidit opus cui titulus *Historia pelagiana et dissertatio de synodo V. oecumen.* in quo Origenis et Theodori Mopsuesteni, pelagiani erroris auctorum iusta damnatio exponitur et aquileiense schisma describitur, additis vindiciis augustinianis pro libris a S. Doctore contra Pelagianos ac Semipelagianos scriptis. Editio quae prodiit Lovanii 1702 fuit ab ipso auctore locupletata quinque eruditissimis dissertationibus historicis, quarum prima est in controversiam de uno ex Trinitate passo, altera est apologia Monachorum Scythiae ab Anonymi scrupulis vindicata, tertia inscribitur Anonymi scrupuli circa veteres pelagianorum sectatores evulsi, quarta responsionem continet ad appendicem auctoris scrupulorum. Quinta vero titulum praefert « Ianseniani erroris calumnia sublata. »

Thyrsus Gonzalez de Santalla S. I. († 1705). Plurima reliquit opera solida et eruditione ecclesiastica praeclarissima : potiora sunt Tractatus *Selectarum disputationum* ex univ. theol. scholastica - *De infallibilitate rom. pontificis,* extra conc. gen. et non expectato Eccl. consensu; scripta est haec disputatio adversus declarationem cleri gallicani, sed ab Alex. VII omnia exemplaria suppressa unde admodum rara, prodiit tamen eius compendium; *de invaliditate appellationis a romano Pontifice ad Concilium generale; tractatus theologicus de certitudinis gradu, quem infra fidem nunc habet sententia pia de imm. b. Mariae V. conceptione*; *Manuductio ad conversionem mohamedanorum* - denique, *fundamentum theologiae moralis*, i. e. tractatus theologicus de recto usu opinion. probab. opus nullius frugis.

Ioanne Bapt. du Hamel *(†* 1706*)*. Scripsit *De consensu veteris et novae philosophiae - Philosophiam veterem et novam* ad usum scholae accommodatam – *Theologiam speculativam et practicam – Institutiones biblicas*, quae tamen una cum selectis annotationibus, et pluribus Scripturae libris editis, prodierunt demum collectae sub titulo *: Biblia sacra vulgatae editionis.*

Ioannes Mabillon O. S. Ben. *(†* 1707.*)* Collegit *acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti* - edidit *Annales eiusdem Ordinis - Museum Italicum - Analecta.* Scripsit etiam *de re diplomatica et de studiis monasticis.*

Theodoricus (Thierry) Ruinart O. S. B. († 1709) Dignus Mabillonii discipulus et familiaris. Plura scripsit, inter quae: *Acta primorum martyrum sincera et selecta – Historia persecutionis vandalicae - Abregé de la Vie de Dom. Jean. Mabillon.*

Dominicus Viva S. I. (fl. 1710). Scripsit *Cursum theologico-moralem* – Damnatas theses ab Alex. VII. Inn. XI. et Alex. VIII , nec

non Iansenii, ad theologicam trutinam revocavit - *De iubilaeo ac de indulgentiis enchiridion* - *Trutinam theologicam thesium quesnellianarum* - *Opusc. theol. moralis* ad usum tyronum elucubrata - *Cursum theologicum.*

Claudius Frassen O. Min. († 1711) Reliquit *Cursum philosophiae* - *Scotum academicum* seu universa doctoris subtilis dogmata - *Disquisitiones biblicas.*

Richard Simon († 1712). Eius opera sunt *Fides Ecclesiae orientalis* – *Cérémonies et coûtumes qui s'observent aujourd'hui parmi les Iuifs traduités de l' Italien de Leon de Modéne avec un supplement touchant les sectes des Caraites et des Samaritains de notre temps* – *Voyage du Mont Liban* – *Histoire critique du vieux Testament.*

Ven. Ioseph Maria Thomasius Cler. Reg. Ord. Theat († 1713). Haec potiora eiusdem opera - *D. Aurelii Augustini ep. hippon speculum* - *Codices sacramentorum.*

Daniel Papebrochius S. I. († 1714) Socius fuit Henschenio et iuvavit Bollandum in accurate colligendis edendisque sanctorum actis. Ei Bollandus commisit acta S. Patritii Apost. Hiberniae. Deinde defuncto Bollando et senescente Henschenio tota fere moles ipsi incubuit. Sed non defuerunt qui vulgatis libellis acta sanctorum aggressi sunt et bis mille errores Papebrochio obiecti fuere in suis operibus, ita ut hispanae inquisitionis tribunal 14 tomos Papebrochii (mensium Mart. April. Maii) proscripserit. Singulis accusationum capitibus, singulas opposuit Papebrochius responsiones. Delata denique causa Romam, utrique parti silentium est impositum, et solummodo ex Papebrochii *conatu chronico-historico ad catalogum rom. pontif.* pars. 1.ª et 2.ª permissae non sunt - Scripsit denique *Propylaeum* ad acta SS. Maii, et collegit *Annales antuerpienses* ab urb. cond. ad a. 1700.

Claudius Lacroix S. I. († 1714). Eius *theologia moralis* pluries in lucem edita plane celebris evasit. A Gury dicitur Lacroix probabilista, vir doctus, in practicis rebus versatus, copia rerumque delectu, stili nitore et solutionum nitiditate spectandus. »

Patritius Sporer O. Min. († 1714). Cuius *theologia moralis* solide et erudite conscripta saepius prodiit, et magis completa cum additionibus et supplementis a K. Kazeuberger edita.

Bernardus Lamy Presb. Orat. († 1715). Evulgavit *Apparatum ad Biblia sacra,* in quo de Hebraeorum gente, legibus, ritibus variisque ad Bibliorum intelligentiam spectantibus, agitur tabul. 20 dispositum – *Harmoniam seu concordiam 4 evangelistarum*, opus classicum etiamsi prima propositio non probetur aliquibus eius operis censoribus.

Renatus Massuetus O. S. Ben. († 1716). Post Mabillonii et Ruinartii mortem designatus est qui annales Ord. S. Bened. continuaret.

Verum tantum tom. 5 complectentem res gestas ann. 1067-1116 a Mabillonio fere absolutum, edendum curavit, auxit, ac emendavit, eique praefationem cum synopsi vitae Mabillonii et Ruinartii praefixit. Scripsit *lettre d'un ecclesiastique*, et illustravit *opera S. Irenaei.*

Ioannes Martianus O. S. Ben. († 1717). Scripsit lib. *Défense du texte hebreu, et de la chronologie de la vulgate – Continuation de la défense du texte hebreu, et de la chronologie de la vulgate. – Relation de la dispute de l'auteur du l. de l'antiquité des temps retablie.* Paravit novam editionem opp. S. Hieronymi cum multis notis et illustrationibus. Scripsit etiam *eruditionis hieronymianae defensionem;* edidit *Vulgatam antiquam latinam et italam versionem ev. sec. Matthaeum; Remarques sur la version italique de l'Evangile de s. Matthieu; Traités de la connaissance et de la vérité de l'Ecriture sainte; Harmonie analytique de plusieurs sens cachés et rapports inconnus de l'ancien et du nouveau Testament; Méthode sacrée pour apprendre a expliquer l'Ecriture Sainte par l'Ecriture même.*

Stephanus Baluzius († 1718). Plurima reliquit opera, quae ad Patrologiam referri possunt: *Salviani Massiliensis et Vincentii Lirinensis opera* cum doctis enarrationibus; *Servati Lupi presb. et abb. ferrariensis opera; S. Agobardi archiep. lugd. opera; Opuscula Leidradi et Amulonis archiep. lugd. notis illustrata; S. Caesarii Arelatensis ep hom. 14 notis illust.; Reginonis abb. prumiensis LL. 2 de ecclesiasticis disciplinis et relig. christ.; Marii Mercatoris opera: Miscellanea; Lucii Caecilii Firmiani Lactantii lib. ad Donatum confessorem de mortibus persecutorum cum notis; S. Caecilii Cyp. ep. carthag. et martyris opera.* Curavit editionem *Spicilegii D'Acherii.* Ad ius can. spectant alia eius opera, scilicet: *Antonii Augustini Archiep. tarraconensis dialog. lib. 1 de emendatione Gratiani* – quae editio proibita fuit a Congr. ind. 19 Iunii: *Capitularia Regum francorum - Concilia Galliae narbonensis - Nova collectio conciliorum.*

His adiungi debent opera historica: *Vitae paparum avenionensium;* sed prohib. 22 Dec. 1700. - *Epistolae et gesta Inn. III; Historiae tutelensis LL. 3.*

Antonius Augustinus Touttée O. S. Ben. († 1718). Edidit opera S. Cyrilli Hieros.; quae tamen prodierunt cura Prudentii Marani.

Liberius a Iesu Ord. Carm. († 1719) Ab eo prodiere opera: *Controversiae dogmaticae adversus haereses – Foedus timoris et amoris Dei.*

Scipio Maffeius (1715). Praeter plura egregia opera in re philosophica et historica ob quae amplissimum apud eruditos nomen adeptus est, edidit *epistolas de fragmentis S. Irenaei a Pfaffio vulgatis S. Ioannis Chrisostomi ad Caesarium epistolam eruditis animadversionibus illustratam;* Veronensi editioni operum S. Hilarii praefatio-

nem addidit. Praeter haec scripsit *historiam theologicam de gratia; Cassiodori complexiones in acta Apostolorum, epistolas et Apocalypsim ex vetustissimis membranis erutas* ac *Passionem SS. Firmi et Rustici* ex optimae notae codicibus extractam vulgavit. Scripsit etiam opus cui titulus, *istoria diplomatica che serve d'introduzione all'Arte critica in tal materia.* Dedit *Supplementum acacianum monumenta numquam edita continens. Museum Veronense etc.*

Dionysius Sammarthanus Cong. S. Maur (1710). Scripsit tractatum *de confessione auriculari:* tria prima volumina *Galliae Christianae;* post mortem eius aucta usque ad tredecim volumina in folio.

Eusebius Renaudot († 1720) Opus Ant. Arnauld de *perpetua fide ecclesiae catholicae circa Eucharistiam* duobus voluminibus auxit, in quibus constantem Ecclesiae doctrinam de Sacramentis aliisque Religionis et disciplinae articulis contra haereticos protestantes comprobavit per consensum Ecclesiarum Orientalium; dedit praeterea *defensionem perpetuae fidei contra falsitates et calumnias libri inscripti* « Monumenta authentica religionis Graecorum ; » *Historiam patriarcarum Alexandrinorum Iacobitarum* et *Collectionem Liturgiarum Orientalium.* Ed. Paris an. 1713. in 4. et 1716.

Iacobus Le Long Presb. Orat. († 1721). Edidit *Discursum historicum de Bibliis polyglottis variisque eorum editionibus,* et *Bibliothecam sacram* quae continet catalogum Bibliorum manuscriptorum et textuum originalium, eorum editionum et versionum, auctorum qui de Scriptura sacra scripserunt, eorumque operum, opus eruditione et critica praestantissimum.

Petrus Daniel Huet († 1721). Inter plurima eius scripta, eminent - *Demonstratio Evangelica; Liber de claris interpretibus et de optimo genere interpretandi; Quaestiones Alnetanae de concordia rationis et fidei; Liber de situ Paradisi terrestris; Censura philosophiae cartesianae.*

Augustinus Calmet Ord. s. Ben. (1757). Scripsit gallice *Commentarium litterale in omnes utriusque Testamenti libros, adiectis multis dissertationibus – Historiam V. et N. Testamenti - Dictionarium historicum criticum geographicum Bibliorum - Historiam universalem sacro-profanam - Commentarium litteralem historicum et moralem in regulam S. Benedicti* et alia.

Natalis Alexander Ord. PP. (1724). Publicavit *Commentarios in Evangelia et in Epistolas S. Pauli - Theologiam dogmaticam et moralem; Historiam ecclesiasticam V. et N. Testamenti,* opus damnatum et non legendum sine notis et animadversionibus C. Roncaglia et D. Mansi.

Honoratus Tournely († 1729). Edidit *Praelectiones theologicas*

optimas - harum autem continuatio a Collet concinnata opus est infelix et minus utile.

Carolus Renatus Billuart Ord. Praed. (1757). Elucubravit *Cursum Theologiae universae secundum mentem S. Thomae.* Qui sane utilior evasisset, si consilium sapientissimi Melchioris Cani fuisset secutus De loc. Theol. Lib. 8. Cap. V. « pro fide etiam cum vitae discrimine pugna sit, pro his quae fidei non sunt sit pugna si ita placet, sed incruenta sit tamen. »

Franciscus Blanchinius (1729). Ab eo habentur - *Editio Anastasii Bibliot. de vitis roman. pontificum cum notis, dissertationibus, prolegomenis et variantibus* – *Historia universalis (italice conscripta)* - *De Kalendario et cyclo Caesaris, ac de paschali canone S. Hippolyti martyris dissertationes duae* – *De tribus generibus instrumentorum musicae veterum organicae* – Liber cui titulus « *Palazzo de Cesari* » et alter inscriptus » *Iscrizioni sepolcrali della Casa di Augusto.* – Tandem *Evangeliarium quadruplex latinae versionis antiquae.*

Carolus du Plessis d'Argentré (1725) Collegit *judicia de novis erroribus* qui ab initio saeculi XII usque ad annum 1725 in Ecclesia proscripti et notati sunt. Habentur etiam ab eo *Elementa Theologiae-Explicatio sacramentorum* - *Sermones*, et alia opera theologica et ascetica.

Ioannes Harduinus S. I. († 1729) Vir magni ingenii sed in multis plane singularis, curavit novam Conciliorum editionem; scripsit etiam *Comment. in Nov. Testam. et opuscula* varia.

Iosephus Simon Assemani (1730). Eius opera sunt *Bibliotheca orientalis clementino-vaticana recensens manuscriptos codices syriacos, arabicos, persicos, turcicos, hebraicos, samaritanos, armeniacos, aethiopicos, graecos, aegyptios, hibericos et malabaricos. (*Ed. Romae 1719 - 1728 -*)* Item *Sancti Ephrem Syri opera omnia quae extant, graece, syriace et latine, in sex tomos distributa ad manuscriptos codices vaticanos aliosque castigata, multis aucta, nova interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illustrata.* (Ed. Romae 1732 1754. - 6. Vol. in fol.*)*

Michael Le Quien O. Praed. († 1733). Ipsi debetur *Oriens Christianus in quatuor patriarchatus digestus* in quo exhibentur Ecclesiae Patriarchae, ceterique praesules Orientis – *Panoplia contra schisma graecorum* - *Defensio textus hebraei contra Pezvonium et Tractatus de ordinationibus anglicanis adversus P. F. Courrayer.*

Ioannes Rigantius († 1735). Composuit *Commentarium in regulas Cancellariae Apostolicae.*

Iacobus Laderchi Presb. Orat. († 1738) Annales Baroniano-Raynaldianos ab anno 1566 usque ad annum 1572, tribus vol. in folio continuavit. Scripsit praeterea opera sequentia: *Acta Sanctorum Christi Martyrum vindicata* - *Vita S. Petri Damiani S. R. E.*

Cardinalis in sex libros distributa – De Sacris Basilicis SS. Martyrum Petri et Marcellini dissertatio historica - Acta SS. Martyrum Crescii et sociorum ex mss. codicibus Bibliot. Mediceo-Laurentianae - Apologiae pro actis eorum Sanctorum - Acta S. Caeciliae et Transtiberina basilica illustrata – La critica di oggidì ossia l' abuso della critica odierna.

Claudius Fleury († 1723). Dedit historiam ecclesiasticam usque ad annum 1414. quae est perpetua coniuratio in primatum et potestatem Sedis Apostolicae – *Mores Israelitarum et Christianorum - Institutiones iuris ecclesiastici* et *Cathechismum historicum.* Omnia eius opera in multis castiganda sunt.

Bernardus Van Espen († 1728). Sectae Ianseniana addictus in lucem dedit *Ius ecclesiasticum universum.*

Edmundus Martene Cong. S. Mauri († 1739). Eius opera praecipua sunt *Veterum Scriptorum* amplissima *collectio; Thesaurus novus anecdotorum; Tractatus de antiquis monachorum ritibus, de antiquis Ecclesiae ritibus in re Sacramentaria, et in celebrandis divinis officiis – Commentarium in regulam S. Benedicti.*

Prosper Lambertini (Benedictus XIV.) († 1758). Inter eius opera eminet illud - *De Servorum Dei beatificatione et Beatorum Canonizatione.* Scripsit etiam *de festis D. N. Iesu Christi et B. Mariae Virginis - De Sanctis qui divino officio Bononiae coluntur – De Synodo Dioecesana – Institutiones ecclesiasticas,* quae omnia edita sunt Venet 1767. in 19. vol. in fol. Profecto nihil est in christiana ethica, in iure canonico, in disciplina ecclesiastica arduum atque reconditum quod ipse eximia eruditione non explicaverit, adeo ut eius opera theologis et canonistis, promptuarium suppeditent ad regulas agendarum rerum hauriendas maxime accommodatum.

Bernardus de Montfaucon Congr. S. Mauri († 1741) Collegit *analecta graeca et monumenta veterum graecorum.* Edidit praeterea *Palaeographiam graecam – Hexaplorum Origenis fragmenta - Diarium italicum – Bibliothecam Bibliothecarum monuscriptorum novam, Monumenta monarchiae Francicae et alia.*

Card. Vincentius Gotti († 1742). Inter eius opera praestant *Theologia scholastico-dogmatica* - et opus cui titulus *Veritas religionis christianae contra atheos, polytheos, Mahometanos, ethnicos et iudaeos – Colloquia Theologico polemica. – Tractatus de eligenda inter christianos dissidentes sententia.*

Renatus Drouyn Ord. Praed. († 1742). Composuit *tractatum de re sacramentaria* contra haereticos, recusum Paris. an. 1775. cum adnotationibus P. Patuzzi et P. Richard. p. Vol. in 12.

Franciscus Xav. Manhart (1745). Ab eo prodiere *Dissertationes theologicae de indole, ortu ac progressu et fontibus sacrae doctrinae;*

Bibliotheca domestica bonarum artium, ac eruditionis studiosorum usui instructa et aperta; Idea magni Dei contra atheismum huius aevi; Antiquitates christianorum.

Vitus Pichler S. I. († 1750). Concinnavit *Theologiam polemicam* in qua generalia theologiae polemicae traduntur fundamenta et principia e quibus infideles, haeretici et sectarii manifesti erroris convincuntur, et materiae particulares cum recentioribus haereticorum sectis controversae et ab Ecclesia catholica contra eosdem decisae pertractantur. Ed. est August. Vind. 1752. 2. Vol. in 4. Dedit insuper *Ius canonicum secundum 5. Decretalium Libros Gregorii Papae IX explicatum.* Accedunt praeter secundum tomum, in quo decisiones casuum, ad singulos decretalium titulos, explicantur, utiles quaedam annotationes ac vindiciae, quod opus cura et studio F. A. Zaccariae editum est Venet. et Pisauri 1758 2. Vol. in fol. et *Epitome iuris canonici iuxta decreta.*

Fratres Ballerini (Petrus, Hieronymus) (1750) Scripserunt opus *de vi et ratione primatus R. Pontificis* – Item *de potestate ecclesiastica Rom. Pontificum et conciliorum generalium adversus Iustinum Febronium* - Ediderunt *Sermones S. Zenonis Veronensis Episcopi, S. Antonini et Raymundi de Pennafort, Theologicas summas,* praeclaramque operum S. Leonis Magni editionem adornarunt, denique optimos tractatus de doctrina catholica circa usuras composuerunt. – Quamvis vero eruditione insignes sint, in theol. tamen morali a vitiis illius saeculi non sunt immunes.

Ludovicus Muratori († 1750). Vir magnae eruditionis ac foecundi ingenii. Inter eius opera eminent ea quae titulis sequentibus distincta sunt: *Anecdota quae ex Ambrosianae Bibliothecae codicibus nunc primum eruit, notis et disquisitionibus auget L. A. Muratorius - Prolegomena in Lescii Cronderm elucidationem doctrinae augustinianae contra Iansenium – Anecdota graeca quae ex mss. codicibus nunc primum eruit, Latio donat, notis et disquisitionibus auget L. A. Muratori – Lamindi Pritanii de ingeniorum moderatione in religionis negotio, ubi quae iura, quae fraena sint homini christiano in inquirenda et tradenda veritate ostenditur, et S. Augustinus vindicatur a multiplici censura Ioannis Phereponi (Ioannis le Clerc.) - Rerum italicarum scriptores ab anno aerae christianae quingentesimo ad millesimum quingentisimum - Antiquitates italicae medii aevi, sive Dissertationes de moribus italici populi ab inclinatione romani imperii usque ad annum 1500. - De Paradiso regnique caelestis gloria, non expectata corporum resurrectione, iustis a Deo collata;* quod opus refutatio est Thomae Burnet - *Novus thesaurus veterum inscriptionum in praecipuis earumdem collectionibus hactenus praetermissarum. - Annales Italiae ab initio aerae vulg. usque ad an. 1500. - Liturgia*

romana vetus. - Scripsit praeterea *Genealogiam historicam domus Mutinensis - Della perfetta poesia italiana - Del governo della peste e delle maniere di guardarsene - Vitam Sigonii, - Panegyricam orationem Ludovici XIV. - Il cristianesimo felice nelle missioni del Paraguai - Della regolata devozione cristiana - Antonii Campanae de superstitione vitanda adversus votum sanguinarium pro immaculata Deiparae conceptione.* Reliquit etiam ineditam synopsim italice conscriptam Antiq. Italicarum cuius aliquot volumina tantum prodierunt.

Ioannes A. Bianchi († 1758). Edidit opus summi ponderis et eruditissimum cui titulus: *Della podestà e polizia della Chiesa* adversus Petrum Iannonium.

Nicolaus Bergier (1760). Scripsit opera sequentibus distincta titulis: *Deismus refutatus per se ipsum – Certitudo religionis christianae – Apologia eiusdem religionis – Examen materialismi – Responsum ad consilia rationabilia contra Volterii sophismata - Tractatus historico-dogmaticus verae religionis ; Dictionarium theologicum* in quo sunt quaedam scripta ab eo post initam cum Encyclopaedistis societatem confecta et alia nonnulla opera.

Cardinalis Gerdilius Ord. Barnab. (1760). Vir omni disciplinarum genere excultus qui adversus sophistas antiquos et recentiores, deistas, materialistas, pseudo-politicos Febronianos etc. strenue certavit. Eius opera simul collecta edita sunt Bononiae an. 1784-1791. ac iterum 1806. Quae prodiit Romae editio completior est. Male de Gerdilio meriti sunt, qui scripta quaedam ab eximio auctore prope imberbi concinnata et sapienter omissa in praecedentibus editionibus in lucem produxerunt. — Opera autem eius sunt *Traités de Theologie et 4 Dissertations sur la necessité de la revelation – Traité de l' immaterialité de l' ame contre Locke, et la Defense du P. Malebranche contre ce philosophe – Essai d' une demonstration mathematique contre l' existence eternelle de la matière et du mouvement etc. Mémoires sur l' infini absolu considéré dans la grandeur, et sur l' ordre dans le genre du vrai et du beau – Essai sur les caracteres distinctifs de l' homme e des animaux brutes etc. – Incompatibilité des principes de Descartes et de Spinoza - Eclaircissement sur la notion et la divisibilité de l' étendue géometrique, en reponse a M. Dupuis - Reflexions sur un memoire de M. Beguelin concernant le principe de la raison suffisante, et de la possibilité ou le systeme du hasard - Dissertations sur l' incompatibilité de l' attraction et de ses differentes lois avec les phenoménes, et sur les tuyaux capillaires - Mémoire sur la cohésion - Observations sur les époques de la nature pour servir de suite à l' examen des systèmes sur l'antiquitè du monde – Traitè des combats singuliers ou des duels - Discours philosophiques sur l'homme considèrè rélativement à l'état de*

nature, à l'état de Société et sous l'empire de la loi. – *Discours sur la divinité de la vraie religion* – *Reflexions sur la theorie et la pratique de l'education contre les principes de J-J. Rousseau* – Opus cui titulus *virtutem politicam ad optimum statum non minus regno quam reipublicae necessariam esse* – *De causis academicarum disputationum in theologiam moralem inductarum* – *Disputatio de religionis virtutisque politicae coniunctione* – *Elementorum moralis prudentiae specimen* – *Introduction à l'etude de la religion avec la refutation des philosophes anciens et modernes touchant l'Être supreme, l'éternité etc. Exposition des caractères de la vraie religion* – *Dissertation su l'origine du sens moral, sur l'existence de Dieu, l'immaterialité des substances intelligentes* – *Dissertations sur les études de la jeunesse* – *Projet pour l'établissement d'un Séminaire* – *Essai d'instruction théologique à son usage* – *Opuscula ad hierarchicam Ecclesiae constitutionem spectantia* – *In Commentarium a Iustino Febronio in suam retractationem editum animadversiones* – *Confutatione dei sistemi contrarii all'autorità della Chiesa circa il matrimonio* – *Précis des devoirs des principaux états de la société* – *Instruction sur les differentes causes de la grandeur et de la destruction des états* – *Avis sur la lecture et la choix des bons livres* – *Traité d'histoire naturelle, contenant les regnes mineral, vegetal et animal.* – *Tractatus de primatu romani Pontificis, de gratia, de legibus, de actibus humanis, de mutuo* – *Dissertatio contra Puffendorf de usura* – *Causae philosophiae moralis.*

Lucius Ferraris Ord. Min. († 1760). Edidit *bibliothecam iuridicam canonicam etc.*

Laurentius Berti Ord. S. Augustini († 1766). Scripsit *Theologiam historico-dogmatico-scholasticam*, seu libros 37 de theologicis disciplinis, opus magnae quidem existimationis sua aetate, sed parvi ponderis – *Historiam ecclesiasticam*, sive dissertationes, et *Breviarium historiae ecclesiasticae* quod tamen nullo ordine ac iudicio commendatur.

Thomas ex Charmes Ord. Cap. Reliquit *cursum S. Theologiae* [1].

Vincentius Card. Petra. Edidit erudita *Commentaria in Constitutiones Apostolicas* 5 voluminibus comprehensa et *Tractatum de Sacra Poenitentiaria Apostolica.*

Dominicus Mansi Arch. († 1769). Edidit *prolegomena ac dissertationes in Libros Sacros* – In latinum vertit *dictionarium et commentaria A. Calmet in S. Scripturam, et disciplinam ecclesiasticam L. Thomassinii. Novam collectionem Conciliorum* adornavit *cum*

1 Cl. Gabriel a Verceno Vic. Prov. Ord. Capp. edidit laboriosum opus ex theol. morali Charmes, Gury et Scavini concinnatum, in quo singulae quaestiones quae in hac disciplina solent agitari egregie pertractantur, pluraque addidit de suo quae praesertim ad recentiores practicas quaestiones referuntur.

Supplemento - edidit *Annales Baronii, historias ecclesiasticas Natalis Alexandri et Amat de Graveson cum notis.*

Iosephus Aloisius Assemani († 1782). Eius opera sunt *Codex liturgicus Ecclesiae universae* in quindecim libros tributum, quorum octo dumtaxat editi habentur, caeteri sub prelo sunt apud Bibl. Polygl. de Prop. Fide, curante cl. P. Bollig. S. I. *Dissertatio de Sacris ritibus* - *Commentaria de Ecclesiis, earum reverentia et asylo* - *Commentaria de Catholicis seu Patriarchis Caldaeorum et Nestorianorum.*

Ioannes Baptista Faure S. I. († 1777). Reliquit opera quibus sequentes titulos praefixit *Theses polemicae* quibus accedit *Dissertatio de capitulis S. Caelestino II. olim tributis* (ed. Romae 1754) – *Dissertatio polemica de iure regaliae et primarum poenarum contra publicistas protestantes* (Romae 1753) - *Dissertatio polemica in recentiora quaedam erronea systemata de morum dogmatibus* (Romae 1758) *De praxi guelphellania in dilatione sacramentalis absolutionis* - *Dissertatio polemica adversus Edmundi Richerii poltiam ecclesiasticam* - *Theses theologicae et polemicae de jure naturae ac gentium contra Grotium.... Hobbesium, Puffendorfium* - *etc.* (ed. Romae 1757) - *S. Augustini Enchiridion* notis et assertionibus theologicis illustratum (Romae 1755, Neapol. 1854). – *Brevis apparatus ad Theologium et ius canonicum* (Romae 1751). Post eius mortem publicati sunt eius tractatus de Deo, de Trinitate etc.

Stephanus Evodius Assemani († 1760) Edidit *acta martyrum orientalium et occidentalium in duas partes distributa. Acta Simonis Stylitae e bibliotheca apostolico-vaticana in lucem pertraxit, chaldaicum textum recensuit, notis vocalibus animavit, latine vertit, perpetuisque annotationibus illustravit.* Ed. Romae 1748, 2 vol. in fol.

Simo de Magistris P. O. († 1785). Ei debentur *Daniel secundum septuaginta etc., graece et latine* - *Acta Martyrum ad ostia tiberina ex mss.* – *S. Dionysii Alexandrini opera quae supersunt graece et latine* – *Acta V Martyrum in Chorea.*

Franciscus A. Zaccaria S. I. († 1786). Plura conscripsit opera eaque praestantissima. Potiora sunt *Anti-Febronius* – et *Anti-Febronius vindicatus adversus Febronium eiusque vindicem Theodorum a Palude* – *Defensiones Benedicti XIII. Benedicti XIV. Clementis XIII. et synodi prov. Romanae anni 1725 habitae contra P. F. Viatorem* – *Apologia theologiae Busembaum* – *Opuscula varia et dissertationes* – *Continuatio episcoporum Cremonensium* – *Supplementum historiae ecclasiasticae P. Alexandri et Thesaurus theologicus.* Dolendum vero est haec duo postrema opera, Venetiis rursus edita fuisse, sed insertis pravis Arnaldi aliorumque eiusdem furfuris auctorum scriptis.

S. Alphonsus de Ligorio E. D. Fundator Congr. SS. Redemptoris († 1787). Ingenio et doctrina aeque ac vitae sanctitate praestantissimus ac divinitus datus ad iansenianos rigores exterminandos, scripsit *Theologiam moralem – Hominem apostolicum ad audiendas confessiones institutum – Directorium ordinandorum – Praxim Confessarii – Historiam haeresum – Conciones morales quamplures*, ac alia multa tum ad illustrandas res theologicas, tum ad fovendam pietatem aptissima. Eius doctrinam moralem posse quemque tuto sequi S Poenitentiaria declaravit.

Steph. A. Morcelli S. I. (1790). Eius opera sunt – *De stylo inscriptionum latinarum libri tres – Inscriptiones commentariis subiectis –* ΠΑΡΕΡΓΟΝ *inscriptionum novissimarum ab anno 1784 – Sermonum libri duo – Indicatio antiquitatum Domus Albaniae – Kalendarium Ecclesiae Constantinopolitanae CIↃ annorum vetustate insigne, cum commentariis – Africa Christiana in tres partes tributa – Sancti Gregorii etc. Libri X graece primum et cum latina interpretatione.* ΜΙΧΑΗΛΕΙΑ, *sive dies festi Principis angelorum apud Clarenses.*

Thomas M. Mamachi Ord. Praed. († 1792). In lucem dedit *Libros 2. Epistolarum ad Iustinum Febronium de legitima R. Pontificis auctoritate – Iactatam philosophiam recentiorum incredulorum examinatam et discussam – Libros 20 originum et antiquitatum christianarum – Annales Ordinis Praedicatorum:* scripsit praeterea *de animabus iustorum in sinu Abrahae ante Christi mortem expertibus beatae visionis Dei Lib. 2 – De chronologia evangelica – De ethnicorum oraculis, de visione Crucis habita a Costantino Magno et de evangelica chronotaxi – De moribus et usibus primorum Christianorum – De iure Ecclesiae acquirendi bona temporalia – Ad Ioannem Dominicum Mansium de ratione temporum athanasiorum deque aliquot synodis quarto seculo celebratis epistolas quatuor – De laudibus Leonis X P. M. Orationem.*

Hermannus Goldhagen S. I. († 1794). Edidit *Introductionem in V. et N. Testamentum et N. Testamenti textum originalem cum variis lectionibus quibus vulgata versio confirmatur.* Item *Rhet. explicatam et applicatam ad eloquentiam civilem et ecclesiastic. – Meletema biblico-philol. de religione Hebraeor. sub lege naturali – Lexicon graeco-latinum recensens graeca themata.*

Bernardus De Rossi († 1831). Textum hebraicum in lucem dedit hoc titulo: *Variae lectiones Veteris Testamenti ex immensa manuscriptorum editorumque codicum congerie haustae et ad Samaritanum textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae criticae fontes et leges examinatae.* Scripsit item *Della lingua propria di Criorte – De librorum typographia – De typographia librorum Fiora-*

viensi - L'Ecclesiaste di Salomone – Dell'arte di bene interpretare la Sacra Scrittura.

Ioseph Aug. Orsi Card. (1750). Auctor est *historiae ecclesiasticae* usque ad annum 600, a quo eam prosecutus est Philip. A. Becchetti Ord. Praed. – Habetur etiam ab eo, praeter dissertationes aliquas, *Tractatus de infallibilitate R. Pontificis contra articulos declarationis cleri gallicani.*

Ioannes Bapt Noghera S. I. (1775). Eius opera sunt quae sequuntur: *Riflessioni sulla filosofia del bello spirito – Sulla natura umana e Sulla religione naturale - Sulla religione rivelata e particolarmente sul cristianesimo – Su i caratteri divini del cristianesimo e del suo autore - Riflessioni per discernere la vera Chiesa cristiana fra tutte le sette che ne portano il nome – Sull' infallibilità della vera chiesa cristiana nel suo magistero - Sull'infallibilità del Papa nel suo magistero dogmatico - Della vera chiesa cristiana - Sugli spiriti di novità e di antichità - Su i consigli evangelici e su i lor professori - Pratiche della vera chiesa cristiana - Risposta alla proposta Cosa è il Papa? con altra appendice al soggetto relativa - Risposta alla proposta Cosa è un Vescovo - Osservazioni sull'analisi del libro intitolato le* prescrizioni di Tertulliano *- Riflessioni sulla divozione e su i devoti - La moderna eloquenza sacra italiana – De causis eloquentiae.* Haec omnia simul edita sunt 17 vol. Bassan. 1790.

Ioannes Vinc. Bolgeni S. I. (1780). Opera eius praecipua sunt *Esame della vera idea della S. Sede in risposta al Tamburini – Osservazioni teologiche critiche sopra due libri stampati a Piacenza col titolo* « che cosa è un appellante » *– sullo stato dei fanciulli morti senza il battesimo - Trattato su i fatti dogmatici ossia dell'infallibilità della Chiesa per decidere la buona o cattiva dottrina dei libri, tradotto dal fiammingo - Dissertazione sulla carità o amore di Dio - Schiarimenti per la difesa della dissertazione - Apologia dell'amore di Dio detto di concupiscenza - Dell'episcopato o della potenza di governare la Chiesa - Dissertazione sulla giurisdizione ecclesiastica - Trattato del possesso, principio fondamentale per decidere i casi morali – Seconda dissertazione su gli atti umani.*

Baltassar Francolinus S. I. qui composuit opera inscripta *Clericus Romanus*, et *De dolore ad sacram. poenitentiae requisito* — Giraldi Ubaldi e Cler. Regul. sch. Piar. a quo prodit *Expositio juris pontificii* — Simon Kercne S. I. (1713) qui scripsit in quartum Lib. *Decretalium* — Ferdinandus Keimer S. I. qui vulgavit *Quaestiones Canonicas in V. Lib. Decretalium* — Ioannes Kugler S. I. Cancellarius universitatis wratislaviensis qui scripsit de *matrimonio* et *sponsalibus* — Nicolaus Mazzotta S. I. (1748) auctor gravis et probabilista a quo prodit *Theologia moralis* — Ioannes Pontas († 1728) cuius est *Dictionarium Casuum Conscientiae* — Constantinus Roncaglia qui elucubravit *Theologiam moralem* — Marcus Strugl (1758) egregius ex ordine Serv. B. M. V. Theologus, qui dedit *Theologiam moralem iuxta sacros Canones* et *probatos auctores.*

Hos subsequuntur Ioannes Taberna S. I. auctor *Synopsis Theologiae practicae* — Antonius Boccat Ord. Min. qui edidit *theologiam patrum dogmaticam scholatico — positivam* claram et eruditam — Ludovicus Habert Collegii Navarrici doctor exulare iussus quod Bullam « Unigenitus » acceptare noluisset, vulgavit *theologiam dogmaticam et moralem* ad usum Seminarii catalaunensis, quae ab aliquot episcopis prohibita fuit, dedit etiam *Praxim sacramenti poenitentiae* seu methodum illius utiliter administrandae, in qua tamen saepius se iansenistarum rigori accommodat, unde auctor rigidissimus audit. — Carolus Witasse qui dictavit seriem tractatuum scilicet *de Deo uno et trino; de angustis. Altaris Sacramento; de Sacramento poenitentiae; de Sacramento Ordinis; de incarnatione etc.* qui gradatim post eius mortem publicati sunt, sed expunctis regia censura, aliquot capitibus.

Anno Schnorrenberg Ord. Praemonst. († 1715) insignis canonista sub cuius nomine prodiit opus posthumum *Institutiones iuris canonici cum brevi commentario in regulas iuris* (Coloniae 1729. in 4.) Sed mendosum est opus ex discipuli schedis perperam transcriptum: quare inclyta abbatia steinfeldensis cuius quondam prior fuerat, illud recudit inscriptum. *Institutiones canonicae cum commentariis in eiusdem iuris regulas quas praelegit adm. R. P. Exim. Anno Schnorremberg.* ed. altera sed genuina a prima spuria vindicata (ibid. 1740 in 4.) Jacobus Wen S. I. cuius exstant *Ariadne Carolino-canonica* seu doctrina theorico-practica canonum (et etiam iuris civilis) (ed. Aug. Vindel. 1708. Tom. 5. in fol.; *opusculum canonico - Tridentinum de sponsalibus* (ed. Oeniponti 1692 in 12.); *Manipulus decimarum* sive quaestiones decem canonicae et plures controversiae de decimis.

Robertus Koenig. Ord. S. Ben. († 1713) qui proposuit *principia iuris canonici* ad LL. 5. Decret. redacta (ed. Salisburgi 1725.) opus mole non vastum, sed ob doctrinae tum soliditatem, tum perspicuitatem magni habitum.

Franciscus A. Phoebeus S. I. († 1705) cuius sunt *Institutiones iuris canonici*, sive primorum totius sacrae iurisprudentiae elementorum LL. 1: *De regulis iuris canonici* Lib. 1 - Franciscus Ducasse qui edidit gallice *Traité des Droits et obligations des Chapitres des Eglises Cathedrales tant pendant que le siége episcopal est rempli, que durant la vacance du siége: Pratique de la jurisdiction ecclesiastique volontaire, gracieuse et contentieuse.*

De iure episcoporum in regulares exemptos disputavit Blissons: *De iure episcoporum generatim* Franciscus Privitera Ord. S. Francisci *in manuali antistitum*, seu de dextera et sinistra episcoporum, in quo quid potest quidve non potest episcopus fere qualibet in materia ordine abecedario disposita, iuxta probabiliora doctorum beneplacita, dilucide resolvitur (ed. Catanae 1683). Materiam affinem tractarunt Marcus Alb. Zerbi *in gemma episcopali* mille resolutiones quaestionum canonicarum complectenti, qua Summi Pontificis examinatores pro interrogandis ad episcopalem dignitatem promovendis uti solent: Joannes Fontana *in tyrocinio episcoporum*; Carolus Antonius de Manentibus disputavit *de potestate urisdictionis*, seu de regimine animarum ac de iurisdictione contentiosa, et quomodo praelatis inferioribus ex privilegio et praescriptione competere valeat (Romae 1708 in 4.) quo in Libro contendit reges etiam in temporalibus romano subesse pontifici, qui eos gravi de causa regia potestate privare possit.

Plures disseruerunt de immunitate ecclesiastica inter quos Petrus Barugi *in foro ecclesiastico* pro decidendis causis tam in foro ecclesiastico, quam in saeculari. In hoc opere tractatur de immunitate, iurisdictione, exemptione ac privilegiis Ecclesiae et ecclesiasticorum Bononiae 1708. Stephanus Mira et Albertus Castellani Ord. Praed. - Joannes Baptista Braschi Ecclesiae vindicavit libertatem in conferendis beneficiis ecclesiasticis: Antonius Begnudelli Basso collegit *bibliothecam iuris canonico - civilis practicam*, seu repertorium quaestionum magis practicarum in utroque iure Frisingae edita an. 1712 t. 4. in fol. (Coloniae Allobr. 1747. Metinae Venetiis 1758.) — Janus Vincentius Gravina [† 1718] iuris civilis, dein canonici professor in Sapientia romana reliquit *institutiones canonicas* posthumas [Taurini 1712 in 8.] sed celebre adeptus est nomen opere admodum erudito *de ortu et progressu iuris civilis* [Lipsiae 1708; Neapoli 1713] cui editioni adiecit librum singularem *de romano imperio*. Omnia eius opera prodierunt Neapoli 1756 Tom. 3. in 4. Plura de ipso cf. apud Fabroni, Serrao et Tiraboschi.

HAERETICI ET SCHISMATICI

SAECULO I.

Simo Magus (a. 40). Qui primum ab Ecclesia segregatus est Simo samarites, divinitatem sibi theurgicamque vim arrogavit, veteris novique foederis libros partim reiecit, partim ad sua commenta per allegoriam traxit; pecunia virtutem conferendi Spiritus Sancti dona comparare studuit, mundum ab Angelis creatum asseruit, ac ad salutem solam fidem sufficere, dari metempsychosim, resurrectionem carnis non fore, promiscuum foeminarum usum licere, et Christum specie tenus passum. Perimmanem syncretismum idololatris, iudaeis, christianis imponere studuit atque adeo non paucas e subsecutis haeresibus praeformavit. In Lib. Philosophumenon Simonis commenta prolixe explicantur, praestigiae vero repetuntur ex arte Trasymedis, mors denique ita contigisse traditur « Quum hic ad exitum accederet » profectus (Gitten ?) sub platano sedens docebat. Quumque iam prope » esset ut revinceretur eo quod senesceret, dixit, surrecturum se » tertio die si vivus fuisset sepultus. Et iam ut iusserat sepulcrum » effodi a discipulis imperavit ut sepeliretur. Hi quidem imperata » fecerunt: at ille iacuit ad hanc diem: neque enim erat Chri- » stus » [1]

Thebutes (a. 61). Incidit in errores ipsi cum Simone Mago et Menandro communes.

1 In praecitato Philosophumenon Libro ante Simonem Samaritem sequentes etiam haereses commemorantur: Naasseni. A voce *Naos* appellati, quae serpentem hebraice significat, se ipsos gnosticos nominabant. In Jesu comminiscebantur tres partes, rationalem scilicet, animalem ac terrenam, unde aiebant existere tres Ecclesias, angelicam, animalem, terrenam. Id se a Mariamna accepisse iactabant, quam Jacobus frater Domini instituerat. — Peratae. Horum duces nominantur Euphrates et Celles seu Acembes seu Ademes. Universum constare aiebant Patre, Filio et materia. Pater immotus est, Filius semper se movet, materia movetur a Filio. Huic doctrinae initiati qui sint. Patri consubstantiales facti caelum ascendent: qui secus peribunt. Sine Filio qui paternas qualitates alius inserit, nemo salvus fieri nec caelum ascendere potest. Ex Patre temporibus Herodis, descendit Christus eo fine ut quaecumque ab alto delata sunt, salutem per eum consequantur. — Sethiani. Tria universi principia admittebant lucem, tenebras, et, medium inter utrumque, odorem quendam veluti unguenti ac thuris. His principiis vires adscribebant, ex quarum concursu existit rerum generatio. Lucis Verbum in uterum Virginis descendisse, ut tenebrarum dolores et luctus tolleret. — Justinus. Absurdam triadem omnium fontem admisit, ex qua per generationem Angeli: ex his rursum homines et bestiae. Jesum Josephi et Mariae filium monitum esse a Baruch Elohimi legato, ut caveret ne sicut anteriores prophetae seduceretur, atque ut ea quae Patris sunt annuntiaret. Serpens, quod eum seducere non posset, effecit ut cruci affigeretur.

Philetus (a. 65). Odio adversus Apostolum Paulum incensus, negavit futuram corporum resurrectionem, quam ad commentitiam significationem detorsit, ad spiritualem scilicet resurrectionem, in excitatione a morte peccati ad vitam gratiae, a tenebris erroris et infidelitatis ad lumen fidei consistentem.

Cerinthus et chiliastae (a. 75). Mundum non a Deo, sed inscio Deo ab aeonibus rebellibus conditum esse affirmabant. Christum missum ad aeonum tyrannidem comprimendam: Christum esse diversum a Iesu, Iesum scilicet esse merum hominem docebant, Christum vero esse aeonem aliquem, qui in Iesum descendit columbae specie apud Iordanem, ac tempore passionis iterum avolavit. Beatitudinem in carnis deliciis reposuere, legalia esse observanda cum lege nova docuerunt, ut quis salutem consequi possit; post generalem resurrectionem iustos annis mille in terra regnaturos in nuptiarum festis, carnis cupiditatibus et omnium voluptatum illecebris.

Ebion (a 75). Christi divinitatem eiusque ortum ex Virgine inficiatus est.

Ebionitae (a. 75). Necessitatem Mosaicae legis propugnarunt et Iesu Christi divinitatem negarunt.

Menander (a. 76). Christi humanitatem negavit.

Menandriani (a. 76). Menandri asseclae immortalitatem corporum in nomine Menandri baptizatis pollicebantur.

Nicolaitae (a. 95). Praeter errorem de conditoribus mundi barbaronymis, volebant licitam idolothytorum comestionem, ac indifferentem uxorum usum non tantum licitum, sed et meritorium ac ad salutem necessarium. Nicolaus, a quo nomen adsciverunt, habitus est tamquam primus gnosticorum auctor.

Nazaraei (a. circ. 82). Asserebant totam legem iudaicam esse observandam [1].

SAECULO II.

Elchasaitae (a. 114). Spiritum Sanctum foeminam esse commenti sunt; Christum a Iesu distinguentes, Christum unum in caelis esse affirmarunt, at eumdem de corpore in corpus transiisse, novissimisque temporibus in Iesu habitasse: religionis partem exoticis iurisiurandi formulis definiebant, in persecutione fidem libere negabant.

1 Sunt qui contendunt, vetustioribus haereticis immerito accenseri Nazaraeos qui sero haeretici a Patribus dicti sunt, quique primitus non alii fuisse videntur quam christiani iudaizantes partim sub Vespasiano partim sub Hadriano Hierosolima profecti. Lamb. Danaeus Comment. in Augustini Lib. de haeresibus Cap. IX. Vossius de geneal. Christi Cap. II.

Saturninus (a. 120). Docuit mundum fuisse creatum a septem Angelis, Christum umbratili in carne apparuisse, nubere et generare esse a Satana, esum animalium illicitum.

Gnostici et Docetae (a. 130). Gnostici a scientia, Carpocratiani a Carpocrate Alexandrino dicti, statuerunt Theogoniam Saturnianae in multis similem, diversam quoad primum Deum *Barbelo* nuncupatum et alterum *Sabbaoth* coeli septimi incolam mundique conditorem; Christum hominem purum et carne tantum apparente indutum docuere: duas in homine animas, bonam alteram et ratione praeditam, alteram malam et rationis expertem: earumdem metempsychosim, carnis resurrectionem et iudicium nullum: licitam a fide defectionem, idololatriam omnemque libidinem: aversanda ieiunia et procreationem prolium: ne quid dicam de nefandis mysteriis. Docetae vero affirmabant Christum non esse hominem secundum rei veritatem.

Basilides (a. 133). Palmaris eius error fuit, Christum non fuisse crucifixum, sed Simonem Cyrenaeum, qui angariatus Crucem sustulit, unde nec in Crucifixum credendum, nec martyres utpote Cirenaeo tantum similes, honorandos docuit.

Valentinus et Valentiniani (a. 140). Suo de Aeonibus horumque genealogia systemati, ex Platonis ideis, Theogonia Hesiodi et Evangelio S. Ioannis compilato, addiderunt errores de Deo corporeo, de corpore Christi caelesti, de eiusdem nativitate mere transitoria, de triplici genere hominum Pneumaticorum, Psychicorum et Choicorum, deque corporum resurgentium spiritualitate.

Secundus, Epiphanes, Ptolemaeus. Gnosticorum commenta suo quisque modo tradiderunt.

Cerdo (a. 141). Duo rerum principia admittebat aeterna, alterum bonum et Christi patrem, malum alterum et Legis ac prophetarum auctorem, Christi vero incarnationem negabat.

Marcionitae (a. 144). Assumptis duobus Cerdonis principiis et Valentini Aeonibus, adiunxerunt Christum duplicem, alterum apparentem tantum et passum, alterum iudicem olim venturum. Damnarunt coniugium ac futuram corporum resurrectionem negavere. Denique solum evangelium Lucae sed mutilatum, caeteris explosis, admiserunt.

Apelles (a. 436). Praeter errores, quos cum Marcione communes habuit, filium Dei e caelo descendentem carnem sibi aeream contexuisse docuit, eamque in ascensu singulis reddidisse elementis, tandem prophetias ut falsas reiecit.

Colarbasus et Ophitae (a. 150). Colarbasi proprius error fuit vitam omnium hominum et generationem in septem sideribus consistere. Ophitae vero Christum in serpentis speciem transformatum

Adamum et Evam decepisse docuerunt, serpentem proinde adorabant et in mensam, incantante Sacerdote, e spelunca advocatum ac panes circumeuntem deosculabantur, et panes ita a Christo serpente sanctificatos in Eucharistiam confringebant populoque tradebant.

Monoimus Arabs. Absurdam allegoriam affinxit cosmogoniae atque historiae mosaicae. Creationem docuit esse novam elementorum dispositionem.

Tatianus et Encratitae (a. 172). Aeonum systema commentus est Valentiniano haud absimile: cum Saturnino nuptias proscripsit, unde sectatores eius Encratitae seu continentes appellati sunt. Usum animalium vinique prohibens, sola aqua in divinis mysteriis utendum contendebat, quam ob causam eius asseclae etiam *hydro - parastatae* dicti sunt: tandem veritatem carnis Christi, primique hominis salutem inficiatus est.

Ptolemaitae-Secundiani (a. 160). Ptolemaitae praeter Aeones per quos intelliguntur vel saecula, vel mediae illae Deum inter et creaturam substantiae necessario a Deo emanatae, quasque finxere Basilides, Valentinus et alii, docebant Deum praecipere impossibilia. Secundiani ad fabulas Ptolemaitarum uxorumque communitatem a Nicolaitis haustam, novas adiunxerunt impudicitiae foeditates.

Prodicus et Adamitae (a. 160). Prodicus e gnosticorum schola Adamitarum sectam instituit. Docuerunt Adamitae nuditatem Adae in statu innocentiae imitandam esse; errarunt etiam circa unitatem Dei.

Antilaitae (a. 170). Ex gnosticorum colluvie prodierunt, docebantque peccatum non esse supplicio, sed praemio dignum.

Cainitae-Quintilla (a. 170). Dicebant Cainum a potentiori quadam virtute esse derivatum, nec non Core, Dathan, Abiron, Sodomitas ac Iudam Iscariotem, quapropter impios illos ac reprobos divino quoque honore colebant. Cainitarum haeresi quoque addictam fuisse quamdam Quintillam, quae Baptismum sustulit, testari videtur Tertullianus, qui speciali tractatu illam refutavit.

Montanus - Priscilla - Maximilla et Cataphryges (a. 172). Montanus iactabat prophetiam, non quidem meram futurorum praedictionem pro graeci vocabuli significatione, sed iuxta hebraici nominis vim atque usum caeleste charisma, quo ad Ecclesiam docendam perficiendamque se auctum ferebat. Nactus ad eam rem duas, quas a marito abduxit, mulieres, Priscillam et Maximillam, eas pariter maligno spiritu afflatas prophetare docuit. Eorum errores praecipui sunt: Montano et Priscillae non Apostolis concessam plenitudinem Spiritus Sancti: non esse baptizandum in nomine Ssmae Trinitatis: ac foeminas sacris initiari posse ordinibus. Montanistae cataphryges dicti sunt a Phrygia, in qua frequentes erant.

Bardesanes (a. 174) Lapsus est in Valentini haeresim.

Leythianus auctor Manich. (a. 175). Duo admisit rerum principia suprema, unum bonum, malum alterum.

Hermogenes (a. 176). Illius error praecipuus fuit, materiam esse Deo coaeternam.

Marcosii (a. 180). A Marco quodam praestigiatore et mago e Valentini schola profecto nuncupati, negarunt carnis resurrectionem et Christum non vere, sed putative passum dixerunt Duo quoque opinati sunt ex adverso sibi esse principia, et aliquid tale etiam ipsi de Aeonibus, sicut Valentinus affirmarunt.

Florinus et Blastus (a. 182). Florinus docuit Deum esse auctorem peccati. Blastus dux Quartodecimanorum docuit, Pascha celebrandum esse more Iudaeorum luna decima quarta mensis primi [1].

Artemon (a. 193). Eosdem ac Theodotus Coriarius errores tradidit nomenque ac originem dedit Artemonitis, caeterum paucis et mox ab aliis sectariis absorptis.

Theod. Coriarius et Alogi (a. 192). Dixerunt Christum non esse aeternum Verbum Dei, sed purum hominem, modo tamen supernaturali conceptum, et virum sanctum ac sapientem, ipsisque prophetis praestantiorem.

Theodor. Trapez. (a. 194). Theodoti Coriarii praecipuus assecla, qui Melchisedechum virtutem quandam divinam, ipso Christo superiorem commentus, auctor exstitit Melchisedechianorum.

Tertullianus (a. 199). Praeter errores Montanistis proprios, docuit animam rationalem ex traduce fieri, seu a parentibus generari, ac Deum esse corporeum. Hunc tamen postremum errorem plerique eruditi a Tertulliano iure removent.

SAECULO III.

Noëtus (a. 200). Unam in Deo personam i. e. Patrem admisit, Verbum vero ac Spiritum Sanctum externas denominationes Dei asseruit.

Praxeas sive Epigonus (a. 201). Noëti discipulus unam in Deo personam asseruit, ac proinde Patrem incarnatum.

Sabelliani seu Patripassiani (a. 218). Patrem divinum esse passum docebant, ex eo quod personam re unam, nomine tantum vel operatione trinam in Deo statuerent.

Archontici (a. 205). Mundum ab Angelis creatum docuerunt; Sacramenta reiecere, corporum resurrectionem negarunt.

1 Notandum est Quartodecimanos ante nicaenam synodum inter haereticos aut schismaticos ab orthodoxis ecclesiis ablegatos non fuisse.

Berillus (a. 246). Christum in utero Virginis Deum esse coepisse docuit.

Valens et Arabes (a. 247). Mori animam et cum corpore suscitari docuerunt.

Valesius (a. 247). Solos Eunuchos salvari, et concupiscentiae resisti non posse docuit.

Angelici (a. 247). Angelos Christo superiores asseruerunt, Deumque eorum ministerio mundum creasse.

Apostolici (a. 247). Matrimonium reiecerunt.

Novatianus (a. 252). Primo solam apostasiam esse inexpiabilem docuit, deinde vero plures alias noxas quas ipse mortiferas vocabat, expiari per Ecclesiam posse negavit.

Paulus Samosatenus (a. 263). Unam personam in Deo statuit, Verbum vero et Spiritum Sanctum Deo internum et cum Patre unum, a Spiritu et Verbo externo ac prolatitio distinxit, immediate unito cum Christo.

Nepos et Chiliastae (a. 264). Regnum Millenarium propugnarunt.

Manes (a. 270). Statuit duo principia, alterum bonum seu lucem et boni causam, alterum malum seu tenebras et mali auctorem. Fecit Deum corporeum et nomine dumtaxat Trinum: Christum sine carne apparenter natum et passum docuit: homini libertatem negavit ac Testamentum vetus, fidei baptismique necessitatem et utilitatem, matrimonium, carnis resurrectionem respuit.

Hieracitae (a. 295.) De filii divinitate et generatione male loquebantur; Melchisedechum pro Sp. Sancto habuere, negarunt Paradisum fuisse sensibilem et carnis resurrectionem reiecere; pueros baptizatos ante rationis usum decedentes, extorres fieri docuerunt a Regno Caelorum.

SAECULO IV.

Meletius in Aegypto (a. 301). Ob Idoloduliam per Alexandrinos Patres depositus, episcopalia nihilominus munia obire prosecutus est, et communionem sibi singularem efformavit.

Donatistae et Circumcelliones (a. 311). Contendebant Ecclesiam, ob communionem cum Caeciliano ubique terrarum veluti contagione extinctam, in sola Africa penes Donati partem remansisse, ideoque extra suam sectam baptizatos et ordinatos iubebant iterare sacramenta. Circumcelliones dicebantur a quorumdam usu circa rusticanas cellas victus quaeritandi gratia vagantium, qui etiam sponte se aliis occidendos praebebant, aut ipsi inferebant sibi mortem ad gloriam martyrii captandam.

Arius (a. 317.) Tres professus est quidem personas, sed solum Patrem Deum asseruit verum, aeternum et immutabilem: Filium natura perfectissimum ad mundi initia factum ac ut instrumentum ad creationem assumptum, non tamen Patri consubstantialem nec attributis aequalem: Sp. Sanctum creaturam filii statuit cooperatum in creatione universi. - Semiariani asserebant Patrem et Filium non eiusdem esse substantiae, sed tamen Filium habere similem substantiam cum Patre.

Collutus (a. 324.) Deum negavit auctorem poenae et mali.

Audeus ac Audiani seu Anthropomorphitae (a. 325) Deum putarunt corporeum et ad eius imaginem hominem etiam secundum corpus factum fuisse docuerunt.

Photinus (a. 343.) Coniungens Sabellii et Pauli Samosateni haeresim Deum solitarium dixit, nullam Verbi et Sp. Sancti esse personam sed meram Patris extensionem ad extra. Christum accepisse a Maria initium, merumque esse hominem.

Messaliani (a. 352.) Solis precibus tribuebant omnia, nihil Sacramentis, ieiunio aut labori: illusoriis revelationibus se aliosque fallebant, oratione hominem elevari ad corporalem ipsius Trinitatis visionem, et peccatum originale in radice post baptismum remanere docuerunt.

Aetiani (a 358.) Ariano dogmati scricte inhaerentes, Filium Patri dissimilem, heterousium et subiectum dixerunt.

Macedoniani (a. 360.) A Macedonio Episcopo Constantinopolitano, Pneumatomachi a dogmate nuncupati, eandem Spiritus Sancti cum Patre et Filio naturam negarunt, quem divinitatis expertem, creaturam, famulum et ministrum blasphemabant.

Eunomiani (a. 360.) Non minus impie quam stolide iactabant, se perfecte Deum divinamque Essentiam in hac vita comprehendere.

Luciferiani (a. 362.) Schismatici a Lucifero episcopo calaritano sic appellati, qui semet ab Ecclesia separavit, quod ipsa reciperet episcopos ab arianorum et semiarianorum partibus sincero animo reversos.

Ursiciani (a. 366). Sectatores Ursicini antipapae, qui S. Damasi electionem schismate turbavit.

Origenistae (a. 372 . Haeretici qui suos errores de praeexistentia animarum, deque omnium rerum, atque adeo etiam damnatorum instauratione, Origenis nomine tuendos curarunt.

Apollinarius (a. 373). Macedonii discipulus errabat circa Trinitatem iam cum Sabellio, iam cum Ario: Verbum aiebat, supplevisse in Christo iam totam animam, iam solam mentem, post resurrectionem universalem fingebat redituram Vet. legis observantiam.

Collyridiani (a. 374). Deiparam Virginem pro Dea habebant.

Helvidius (a. 382). Deiparae perpetuam virginitatem inficiatus est: Matrimonium virginitati aequavit.

Priscillianistae (a. 389). Erroribus Sabellii, Arii, Manichaeorum et Gnosticorum addebant de suo, fatum astrologicum, licentiam mendacii et periurii, facultatem docendi datam foeminis.

Bonosiaci (a. 389). Bonosi discipuli perpetuam Deiparae virginitatem atque ipsam Christi divinitatem reiecerunt.

Iovinianus (a. 390). Spernebat coelibatum et monachatum, reprobabat ieiunia et abstinentiam a certo ciborum genere, negabat inaequalitatem peccatorum, meritorum et praemiorum coelestium et gratiae amissibilitatem; affirmabat virginitatem Beatissimae Virginis in partu laesam.

Aerius (a. 391). Presbyteros Episcopis aequabat, damnabat sacrificia, orationes et bona opera pro defunctis; reiiciebat ieiunia ab Ecclesia praescripta et Paschalem celebritatem.

SAECULO V.

Theodorus Mopsuestenus (a. 381). Unitatem personae in Christo negavit, rationem tamquam ultimam veritatis normam adseruit.

Vigilantius Presb. Barcin. (a. 404). Coelibatum ac virginitatem oppugnavit et martyrum cultum reiecit.

Pelagius (a. 404). Erravit docendo Adamum fuisse conditum mortalem et miseriis vitae subiectum, ac talem statum fuisse conditionem naturae, non culpae meritum: peccando Adamum sibi soli nocuisse, non posteris nisi exemplo: nasci homines de facto sicut Adam conditus fuerat, nec contrahi nascendo culpam; ideoque parvulos non egere baptismo ad delendum peccatum originale, sed ad introeundum in regnum caelorum a vita aeterna distinctum; congenitas homini vires ac libertatem sufficere ad omnes tentationes vincendas, ad peccata omnia vitanda, ad omnia Dei mandata servanda, ad beatitudinem consequendam, ad quae non quidem simpliciter, sed facilius efficienda, gratiam Dei esse necessariam; hanc vero dari non gratuito, sed secundum merita naturalia [1].

Caelestius (a. 404). Pelagii discipulus et adiutor eosdem professus est errores.

Praedestinatiani (a. 416). Hominum sicut salutem ita et perditionem fatali necessitate contineri docuerunt. Christum pro omnibus mortuum negarunt, sacramenta in praedestinatis ad mortem vim non habere delendi peccata aut conferendi gratiam.

Iulianus Eclan. Ep. (a. 419). Errores Pelagii sequutus est.

1 Cf. tractatum de Deo creante et elevante cl. Dominici Palmieri S. I.

Massilienses Semipelagiani (a. 428). Retinuerunt ex Pelagianorum erroribus tum illum quod natura ex se sola sufficiat saltem ad fidei initium adeoque iustitiae et salutis, tum eum quod propter naturale opus detur gratia ad fidem et iustificationem, adeoque ut, ubi opus eiusmodi ex. gr. in infantibus praecedere nequeat, Deus tamen collationem vel negationem gratiae omnino commensuret ad merita naturalia vel demerita conditionate praevisa, quae scilicet infantes habituri essent, si diutius vixissent.

Nestorius Ep. Constant. (a. 430). Distinxit personam Verbi a persona hominis in Christo, ac inter utramque, unionem non hypostaticam, sed moralem et accidentalem docuit, sicut Prophetae Deo uniuntur. Hinc negavit Verbum obtulisse sacrificium, passum et mortuum fuisse [1].

Eutyches (448). Archimandrita Constantinopolitanus contendit ex duabus naturis in Christo, unam esse conflatam, cuius tamen naturae obscuram adeo notionem informavit ut exinde plures monophysitarum sectae extiterint.

Dioscorus (a. 348). Eutychetis errores propugnavit in praedatoria Synodo Ephesina, cui praefuit, fugatis legatis Apostolicae Sedis.

Petrus Fullo Patr. Antioch. (a. 450). Erroribus Eutychianorum et illum adiunxit, divinitatem Cruci affixam fuisse.

Timotheus Aelur. Patr. Alex. (a. 457). Eutychetis haeresim amplexus est.

Petrus Moggus (a. 477). Eutychianus, pseudo-patriarcha alexandrinus.

Acephali (a. 483). A Petro Moggo Patr. Alex. ob pacem cum Acacio Const. initam desciverunt, communionem deinceps suam sine capite i. e. sine ullo Episcopo habentes.

Acacianum Schisma (a. 484). Auctorem habuit Acacium Ep., qui, postquam subscripsisset henotico Zenonis, Eutychianis favere pergens, e sententia Synodi romanae privatus est communione Ecclesiae.

Theopaschitae (a. 484). Auctore Petro Gnaphaeo seu Fullone Patr. Antioch., divinitatem Cruci affixam docuere.

SAECULO VI.

Severus (a. 512). Antiochenae Sedis usurpator, auctor fuit sectae Corrupticolarum.

1 Cf. Tractatum de Incarnatione Emi ac Rmi Card. Ioh. B. Franzelin S. I.

Corrupticolae et Phantasiastae seu Incorrupticolae (a. 520). Primi Christi corpus corruptioni seu infirmitatibus humanis ex necessitate subiectum dixerunt. Alii vero Christi corpus incorruptibile et affectiones humanas specie tenus exhibuisse docuerunt.

Iulianus Halicarnas. (a. 520). Docuit, Christi corpus incorruptibile fuisse, atque adeo incorrupticolarum auctor fuit.

Agnoetae (a. 521). Auctore Themistio Diac. Alex. ex Eutychianorum secta, praeter alias infirmitates, Christo ignorantiam extremi iudicii aliorumque tribuerunt.

Gaianus (a 537). Eutychianam haeresim professus est ac post unionem hypostaticam, Christum naturae humanae infirmitatibus obnoxium esse negavit.

Tritheitae (a. 538). Negarunt unitatem naturae in Trinitate, tres substantias profitentes in divinis personis.

Ioannes Philoponus (a. 538). Tres pariter substantias in Trinitate admisit.

Schisma Epp. Istriae (a. 557). Reiecto Concilio Oecumenico V, in quo tria Capitula damnata sunt, ab Ecclesiae communione Venetiarum et Istriae episcopi separati aliquandiu perstiterunt.

Iacobitae (a. 600). A Iacobo Baradaeo, syro, appellati, qui deficientes eutychianos collegit, novamque hierarchiam eorum sectae dedit.

SAECULO VII.

Cyrus Alex. Ep. (a. 622). Monothelismi auctor, plures sectatores invenit.

Monothelitae (a. 622) Quamvis ab Eutychianis se disiungerent, duas in Christo naturas praedicando, ab eorum tamen consectariis non recedebant, unam tantum Christo voluntatem, unamque itidem energiam theandricam, seu operationem Dei virilem asserentes.

Sergius Constantinopol Ep. (a. 632). Cyrum sequutus Monothelitarum errores professus est ac propugnavit.

Pyrrhus Constantinopol. Ep. (a. 639). Sergio successit in Cathedra Constantinopolitana atque in haeresis propugnatione.

Pauliciani Manichaei (a. 653). A Paulo Armeno, praeter Manichaeismum quem profitebantur, Deiparae maternitatem negabant: contendebant formam Baptismi in illis verbis consistere « Ego sum aqua viva ». Eucharistiae vero in illis « Accipite, manducate et bibite ». Item Prophetas, Sanctos et Crucis lignum spernebant ac mendacium et religionis simulationem permittebant.

Gnosimachi (a. 653). Negabant in Christo humanam scientiam atque operationem.

Christolytae (a. 653). Solam Christi divinitatem in caelum ascendisse rati sunt.

Ethnophroni (a. 653). Superstitionem Gentilium sectabantur.

Paramenitae (a. 653). Scripturam Sacram pro libito interpretabantur.

« Hoc etiam saeculo ann. 622 ortum habuit Mahumetismus, » cuius praecipua capita sunt: Deum non esse personis trinum; » Christum quidem Prophetam sanctum, non tamen Deum esse nec » passum; nulla esse Christianorum sacramenta; beatitudinem vo- » luptatibus carnis definiri; esse circumcisionem necessariam; plu- » ralitatem uxorum licitam, usum vini prohibitum. »

SAECULO VIII.

Leo Isaurus Et Iconomachi (a. 730). Conciliabulum Constantinopoli convocavit et edictum tulit, mortis poena sancitum, ut SS. Imagines e templis tollerentur. [1]

Constantinus Copronym. (a. 741). Conciliabulum Constantinopoli indixit ad cultum SS. Immaginum damnandum.

Clemens Scotus (a. 744). Christi redemptionem ad damnatos extendi docuit, praedestinationis doctrinam pervertit, Ecclesiasticos canones et Patrum auctoritatem respuit, defuncti fratris uxori nuptias cum fratre concessit.

Leo IV Imp. Iconom. (a. 781). Constantini Copronymi filius, eodem quo Pater furore in SS. Imagines exarsit.

Felix Urgellit. (a. 791). Contendebat Christum ut hominem, non esse Filium Dei naturalem sed adoptivum.

Elipandus (a. 791). Subscripsit errori Felicis Urgellitani.

Albanenses Manich. (a. 799). Pacter duo rerum principia, docebant mundum esse aeternum; animas de novo non creari, sed de corporibus ad alia corpora migrare; peccatum originale non existere; Christum corpus de caelo detulisse; excepto Baptismo, negabant Sacramenta caetera, infernum et corporum resurrectionem.

1 Iconomachiae origo quae a recentioribus heterodoxis tamquam superstitionis inimica celebratur, superstitione, credulitate atque haereditaria graecis Imperatoribus dogmatizandi libidine infamis est. Sane Leo Isaurus praeter innumeros catholicos gladio aliisque suppliciis peremptos, duodecim imperialis Collegii professores cum oecumenico magistro, qui eis praesidebat, immisso in Collegium igne, vivos comburi jussit.

SAECULO IX.

Novi Manichaei in Oriente (a. 811). Praeter Manichaeismum professi sunt haeresim Iconoclastarum.

Claudius Taurin. Ep. (a. 820). Iconoclastarum errores professus est, et Ecclesiarum Cruces ac Imagines conteri et cremari curavit. Docuit Pontificem R. non succedere Petro, sed Petri onera sustinere.

Gotteschalcus (a. 497). Docuit Deum absque praevisione boni et mali aliquos absolute praedestinasse ad vitam aeternam, aliquos vero absolute damnasse. Christum pro omnibus mortuum non esse, nec Deum velle omnium salutem.

Ioannes Erigena (a. 858). Docuit Eucharistiam non esse verum Corpus et Sanguinem Christi, sed tantum memoriam Corporis et Sanguinis.

Photius Schis. Orient. Auct. (a. 867). Asseruit Sp. Sanctum a solo Patre procedere.

Gregorius Syrac. (a. 867). Photii errores professus est, cui sex dierum spatio omnes ordines sacros contulit.

SAECULO X.

Anthropomorphitae (a. 939). Deo humanum corpus tribuerunt.

Fanatici Leutardus, Vilgarus (a. 1000). Primus a decimis solvendis dispensabat et revelationi dumtaxat a Prophetis habitae fidem praestitit. Alter dictis etiam Poetarum fidem habendam esse deliravit.

SAECULO XI.

Novi Manichaei - Stephanus Lisoins - Heribertus (a. 1022). Negabant Mundi creationem, Trinitatem, Incarnationem, Passionem Christi ac Baptismi virtutem. Condemnabant Matrimonium, ac negabant praemium bonorum et poenam malorum operum.

Gandulphus (a. 1025). Manichaeismo addebat contemptum omnium sacrarum rerum, et sepulturae christianae, lapsisque post professionem, poenitentiam intercludebat.

Michael Caerularius (a. 1043). Schisma photianum instauravit, ad consecrationis validitatem contendebat requiri fermentatum et negabat valide azymum consecrari.

Berengarius (a 1047). Transubstantiationem simul et Christi praesentiam inficiatus, affirmavit Eucharistiae sacramentum esse meram corporis et sanguinis Christi figuram. Insuper solos adultos baptizandos docuit et scortationem licitam tradidit.

Incestuosi (a. 1065). Asserebant Matrimonium in quarto consanguinitatis gradu non esse illicitum.

Wecilo (a. 1080). Negavit seculares subiacere ecclesiastico iudicio, aut excommunicari posse.

Roscellinus (a. 1090). Docuit tres personas in Deo esse tres res ab invicem distinctas, ad morem trium Angelorum vel hominum, una tamen eademque voluntate et potestate praeditas: omnes eamdem assumpsisse naturam humanam, vereque dici posse tres Deos, si usus hoc permitteret.

SAECULO XII.

Tanchelinus (a. 1108). Contendebat Eucharistiae sumptionem nihil prodesse aeternae saluti, Episcoporum vero et Sacerdotum ministerium inane esse et a Christo numquam institutum.

Petrus Abaelardus (a. 1116). Negabat Trinitatem cum Sabellio, et Christi divinitatem cum Ario. Docebat duas in Christo personas cum Nestorio, et gratiae Christi necessitatem cum Pelagio repudiabat [1].

Bogomili (a. 1118). Vetus testamentum reiiciebant, psalmis et prophetis exceptis: Trinitatis nomen, rei veritate negata, retinebant: de incarnatione Verbi impie sentiebant; cultum omnem ad orationem dominicam redigebant; fraudem quamvis licere autumarunt ad vitandas poenas, religionis causa inflictas.

Petrobrusiani (a. 1119). Docebant Baptismum non esse parvulis necessarium, Christum non esse in Eucharistia, preces pro defunctis esse inutiles.

Arnaldus Brix. (a. 1138). Quem Baronius appellat politicorum haereticorum patriarcham et principem, praeter erroneas de Eucharistia et Paedobaptismo opiniones de quibus accusabatur, contendebat bona temporalia omnia laicis esse adiudicanda et ea iniuste detineri a Clericis: salutem non posse consequi Episcopos Regalia aut Monachos possessiones habentes, ac Rom. Pontificem civile dominium retinere non posse.

1 Ex iis liquet quam falsum sit, quod acatholici aliquot scripserunt, Petrum Abaelardum in sua docendi ratione id unice spectasse, ut salvis dogmatis christianis, iustam philosophandi libertatem hominibus assereret: Bernardum vero Claravallensem ea mente illi restitisse, ne per Abaelardi successum sui nominis gloria obscuraretur.

Henricus Tolos. et Henriciani Const. Chrysomatus (a. 1140). Docebant eadem quae Petrobrusiani.

Gilbertus Porretanus (a. 1145). Deum a Deitate, Personas a proprietatibus, essentiam ab attributis realiter distinxit. Insuper Sacramenta et meritoria opera reiecit.

Eudo de Estella (a. 1147). Seipsum esse Filium Dei affirmavit atque adeo vivorum iudicem ac mortuorum.

Apostolici (a. 1150). Ortum ab Apostolis et potestatem consecrandi sibi usurpantes, damnabant matrimonium, sed tamen, emisso licet continentiae voto, cum mulieribus cohabitabant.

Folmarus (a. 1153). Docebat in Eucharistia sub speciebus vini sumi tantum Christi sanguinem, sub speciebus panis tantum carnem, non ossa nec membra.

Waldenses (a. 1160). A Petro Waldo mercatore dicti, Pauperes de Lugduno a professione vitae, affectantes voluntariam Christi et Apostolorum paupertatem, docebant, Ecclesiam Romanam defecisse a tempore Silvestri I. quo possidere caepit, unde inferebant nullum in ea salvari posse eiusque fere omnia dogmata reiiciebant, ac sacramenta, excepto Baptismo et Eucharistia, pernegabant.

Cathari (a. 1170). Waldensium secta iisdem infecta erroribus. Cathari id est puri dicuntur, a munditie affectata corporis, morumque ficta bonitate.

Patareni (a. 1190). Secta Paulicianorum Saeculo XI. Secta Waldensium Saec. XII, quorum errores respective profitebantur.

SAECULO XIII.

Amalricus (a. 1205). Tradebat, Christianum esse membrum Christi naturale, ac salvari non posse qui hoc non crederet: Christi corpus non magis esse in Eucharistia quam sit in qualibet alia re.

David Diandus (a. 1208). Asseruit Deum esse materiam primam.

Albigenses, Patareni in Italia (a. 1210). Duo admittebant Manichaeorum principia et animarum transmigrationem. Corporum resurrectionem negabant, Baptismum, Eucharistiam, Confessionem reiiciebant, matrimonium damnabant.

Stadingi (a. 1232). A Patria in Frisiae et Saxoniae finibus sita, sic compellati, post neglectam excommunicationem ob negatas decimas eis inflictam, mores et doctrinam Manichaeorum passim sequentes, inter caetera, Paschali solum communione utebantur, ad horrendum sacrilegium expuitione hostiae in latrinam exercendum.

Guillelmus a S. Amore (a. 1240). Scripsit contra paupertatis votum Ordinum mendicantium; docuit ad perfectionem non tendere

qui Christum in paupertate sequuntur, ad illam consequendam opus esse, omnia relinquere et victum manuum labore quaerere. Religiosos non posse laicos edocere, nec praedicare.

Novi Circumcelliones (a 1248). Docuerunt Papam, Episcopos et Clericos characterem ac iurisdictionem amisisse, eo quod iis abusi fuissent: eos tantum salvari qui Friderici Imp. partes tuerentur, reliquos damnari.

Anonymus Auctor Evangelii aeterni (a. 1250). Praedicabat Ecclesiam Rom. quam primum reformandam esse et a Spiritu Sancto regnum esse fundandum, Regno Christi perfectius.

Flagellantes (a. 1270). Asserebant eos non posse salvari, qui se in proprio sanguine non baptizarent per flagella extracto, hinc flagellum baptismo praestantius esse docebant: Sacramenta vero et bona opera inutilia esse et Purgatorium non existere. Ili quantumvis laici mutuo se absolvebant.

Dulcinus (a 1308). Waldensium et Fraticellorum errores docuit scilicet Ecclesiam a tempore Silvestri defecisse; Ordines Religiosos esse fidei noxios; laicos non teneri ad decimas, omniaque communia esse asseruit.

Fraticelli-Petrus Ioann. Olivus-Segarellus (a. 1295). Contendebant R. Pontificem nullam in Ecclesia potestatem habere, ac se solos veram Christi Ecclesiam constituere, nulliusque obedientiae obnoxios esse. Uxorum commercium admittebant, puerosque ex illis procreatos occidebant. Opera manualia damnarunt, sibique donum Sp. Sancti ac potestatem absolvendi vindicaverunt.

SAECULO XIV.

Beguardi et Beguinae (a. 1311). Asserebant hominem posse in hac vita fieri impeccabilem, eamque impeccabilitatem adeptos, non amplius teneri ad ieiunia et orationes, neque in gratia crescere posse: sub pietatis specie, tegebant maximas turpitudines voce et facto proditas.

Arnaldus a Villanova (a. 1314) Docuit humanam naturam in Christo esse in omnibus divinitati aequalem, eosque tantum damnari qui malum exemplum praebent.

Walterus Lolhard. (a. 1350). Daemones e caelo iniuste deiectos asseruit. Sanctorum invocationem, Eucharistiam et fere omnia alia Sacramenta reiecit, Deo esse cognita negavit quae sub terra fiunt, ac natum a Deipara hominem censuit.

Michael Caesenas, Ioannes de Landuno (a. 1325). Docuerunt Christum nullum in Ecclesia visibile caput constituisse, Petrum caete-

rosque Apostolos pares in auctoritate fuisse. Sacerdotes, Episcopos et R. Pontificem aequali iurisdictione ac potestate pollere. – Sede vacante, Imperatorem Ecclesiam regere posse.

Ceccus ascul. marsilius patavinus (a. 1325). Eosdem errores quos Michael Caesenas docuit, propugnarunt.

Palamitae Ioannes de Mercuria (a. 1347). Ridiculis mediis in extasim rapi existimantes, ita emanationem substantiae Dei in quadam luce conspicere autumarunt.

Turlupini (a. 1370). Beguardorum vel pars vel propago, docebant nihil pudere quemquam debere quae a natura accepimus: quo ex principio, omni verecundia seposita, incedebant nudi et palam impudica exercebant; orandum insuper dicebant non voce sed corde tantum et spiritus libertate, nullis divinis legibus subiecta.

Ioann. Wicleffus (a. 1375). Docuit omnia ex absoluta necessitate fieri; Deum obedire debere diabolo; Ecclesiam Romanam esse synagogam Satanae: non esse de necessitate salutis credere eam supremam esse inter alias Ecclesias; R. Pontificem non esse proximum et immediatum Christi Vicarium; Episcopum aut Sacerdotem si in peccato mortali sit, nec ordinare nec consecrare nec conficere et baptizare; Substantiam panis et vini in Eucharistia remanere; fatuum esse indulgentiis credere; Confessionem exteriorem tamquam superfluam et inutilem reiecit, aliosque errores in Concilio Constantiensi damnatos professus est.

SAECULO XV.

Hussitae (a. 1408). A Ioanne Huss. Adoptatis plerisque Wicleffi erroribus addebant alios, scilicet duas naturas divinam et humanam esse in Christo confusas; Ecclesiam ex solis praedestinatis constare; praescitos nunquam esse partem Ecclesiae; in Ecclesia non debere esse unum Caput, nec tale Petrum fuisse; dignitatem Papae a Caesare esse; Papam malum ac praescitum esse diabolum; ecclesiasticam obedientiam esse Sacerdotum inventum etc. – Ex his diversae factiones ortae sunt, alii enim Horebitae dicebantur a Monte Horeb, in quo promulgatam legem sanctiorem negabant, quam suam fidem; alii Thaboritae a Monte cui Thabor nomen fecerunt, qui divisi sunt in duas factiones post mortem Ziscae, quarum altera primum Thaboritarum nomen retinuit, altera Orphanorum denominabatur, eo quod orbatam se veluti patre diceret. Calixtini caeteris moderatiores necessitatem communionis sub specie utraque propugnabant: diversitate appellationis non quidem diversas semper sectas, sed distinctas tamen sectariorum turmas indicante.

Inter Hussi discipulos famosiores sunt, Hieronymus de Praga (anno 1416) Petrus Dresdensis, Jacobellus Misniensis (ann. 1418)

Adamitae Novi (a. 1420) Ex his alii dicebantur Picardi ab auctore suo Picardo, qui in publico nudati et palam promiscuis connubiis addicti, libidinem exercebant omnem: alii Fossari a fossis et locis reconditis, ubi prioribus verecundiores, suae indulgebant libidini.

Huius etiam saeculi sunt Aegydius Cantor laicus, et Wilhelmus de Hildenissen Religiosus (an. 1411) spargentes plures circa dogmata ac mores insanias, quas, uti et sectam suam, nomine *Intelligentiae* insigniebant; Ioannes Petit Theol. Parisiens. tyrannicidii defensor et approbator (anno 1407); Fr. Matthaeus Grabon (an. 1415) in errores circa observationem consiliorum evangelicorum prolapsus; Augustinus de Roma (an. 1435) erronee Christo tribuens, quae Ecclesiae fidelibus congruunt, Christique humanae naturae concedens, quae divinae sunt propria; quidam Mendicantes (an. 1444) circa hierarchicam disciplinam erronee pronuntiantes; Petrus de Osma (an. 1470) circa contritionem, satisfactionem, purgatorium, claves Ecclesiae et auctoritatem Sedis Romanae exerrans; Ioannes de Wesalia (an. 1479) negans infallibilitatem Ecclesiae, et peccatum originale, ac ritus ecclesiasticos, clericorum continentiam, ieiunium et indulgentias respuens.

——

SAECULO XVI.

—

Lutherani (a. 1517). A Luthero religioso apostata; Protestantes ab opposita in Comitiis Imperii spirensibus protestatione (an. 1529); Confessionistae ab Augustanae Confessionis formula (an. 1530); Evangelici ab arrogata Evangelii observantia dicti, Traditionibus et Patribus explosis, auctoritate Ecclesiae et Pontificis primatu sublatis, statuebant solam Scripturam, sed multis partibus mutilam vel depravatam, esse ultimam fidei normam; minuebant universim Sacramentorum numerum et efficaciam: circa ministrum, materiam et formam in qualibet ferme specie errabant; negabant transubstantiationem in Eucharistia; iustificationem in sola fide, iustitiam autem in extrinseco reponebant; tollebant liberum arbitrium homini, meritum bonis operibus, observationis possibilitatem praeceptis divinis; reprobabant Sanctorum invocationem, reliquiarum cultum, indulgentiarum et suffragiorum pro defunctis usum, ridebant ecclesiasticas caeremonias, censuras, leges, Religionis vota, ieiunia et opera supererogatoria etc.

Inter Lutheri discipulos vel asseclas praecipui erant: Philippus Melanchton (an. 1518) Confessionis Augustanae Compilator et Molliorum Lutheranorum Dux; Andreas Carlostadius et Huldericus Zuinglius (an. 1519) Sacramentariorum auctores; Ioannes Oecolampadius (an. 1524) Figuristarum Princeps: Nicolaus Storkius et Thomas Mungerus (an. 1525) Anabaptistarum Patres; Iacobus Schmidelinus (an. 1527) Ubiquistarum praeformator: Martinus Bucerus (an. 1528) caput Luthero-Zuinglianorum: Ioannes Agricola (an. 1538) auctor Antinomorum, seu necessitatem Legum omnem negantium. Ioannes Brentius Ubiquistarum Auctor (a. 1540); Gaspar Schewnkfeldius (an. 1544) Scripturae et potestatis Ecclesiasticae contemptor; Andreas Osiander (an. 1550) iustificationem hominis in divinitate, Franciscus Stancarus (anno eod.) in humanitate Christi sanctificante statuentes. Matthaeus Flaccus Illyricus (an. 1557) peccatum originale asserens animae substantiam: Martinus Chemnitius cum Iacobo Andreae (an. 1579) formulae concordiae fabricator.

Anabaptistae (a. 1515). Quod in infantia baptizatos rebaptizarent sic dicti, praeter communes cum Lutheranis errores, reiiciebant Paedobaptismum, illicitum christianis putabant iurare, litigare, tractare arma, magistratum gerere. Dividuntur in sectas quamplurimas, quae cum particularibus erroribus vel a diversis auctoribus uti *Huttitae Buckoldiani*, vel a diversis factis uti *Eiulantes Effrontes* appellationem capiebant.

Libertini (a. 1530). Ab effraeni libertate, auctore Ioanne Quintino appellati, praeter Deum nullum agnoscebant Spiritum, ridebant Scripturas, pleraque mysteria reiiciebant, ac omnia a Deo etiam peccata fieri docentes, licita volebant omnia omnibus.

Anti-Trinitarii vel Unitarii (a. 1531). A dogmate sic nuncupati, Servetiani a Michaële Serveto, Sociniani a Fausto Socino (a. 1561) auctoribus dicti, exploso Trinitatis mysterio, unum Patrem dicebant Deum: Verbum per Incarnationem primo natum, Spiritum Sanctum virtutem tantum et efficaciam Dei statuebant, negabant Iesum Christum esse Deum ac hominem, aut satisfecisse pro peccatis nostris, negabant quoque poenas inferni aeternas esse. In dogmate de Eucharistia Zuinglium, in aliis Calvinum sectabantur.

Calviniani (a. 1536) A Ioanne Calvino, Reformati a praetensa Ecclesiae reformatione, Hugonotti in Gallia a celebratis ad Hugonis portam Turonensem conventiculis appellati, praeter alios, quos cum Luthero communes habebant errores, renovarunt errorem Praedestinatianorum: faciebant Deum auctorem peccati, volebant Christum pro solis praedestinatis mortuum, eumdemque in Cruce desperatum in descensu ad Inferos damnatorum poenas sustinuisse. Asserebant

hominem lapsum, quamvis sponte, tamen necessario peccare, voluntatem in bono agendo nullas habere partes: sacramenta admittebant dumtaxat duo, Baptismum et Coenam; affirmabant Baptismum filiis infidelium prodesse nihil, fidelium filiis in materno utero iam iustificatis non necessarium, sed sigillum tantum esse foederis et iustitiae praehabitae; in Eucharistia negabant veram realem et substantialem Christi praesentiam, ac per panem tamquam figuram corporis, solum excitari memoriam dominicae passionis.

Celebriores Calvini discipuli fuerunt, Petrus Martyr (an. 1549) negans posse Deum efficere, ut Christi corpus pluribus simul in locis existat; Theodorus Beza (an. 1550) Calvini in Ecclesia Genevensi successor; Clemens Marottus (an. 1544)

Schisma Anglicanum (an. 1534). Ab Henrico VIII Rege coeptum, in apertas demum haereses variasque sectas erupit. Ex his Anglo-Calviniani, item Episcopales (an. 1562) nuncupati, agentibus Thoma Crammer Arch. Cantuariensi et Elisabetha Regina, secta ex Lutheranismo et Calvinismo constituta, Ecclesiae Anglicanae Caput agnoscebant Regem vel Reginam, admittebant Hierarchiam aliquam ecclesiasticam ex Episcopis aliisque gradibus conflatam, altaria insuper, superpellicea, cereos, crucem et signum Crucis in baptismo retinentes et usurpantes. Puritani a pura Calvini doctrina, Presbyteriani a primario dogmate (an. 1568) dicti, negabant Regi in Ecclesia primatum, et a presbyteris tantum, i. e. senioribus eam gubernari volebant, omnem Hierarchiam, Liturgiam, ritusque Ecclesiae potissimum Romanae respuentes. Independentes circa idem tempus dicti, quod cuique coetui vel Ecclesiae summum et independens in sacris ius concederent: nec Rege, nec Episcopis, nec Presbyteris ad gubernationem admissis, concessa autem sectis omnibus plena pro libito credendi libertate. His Oliverius Cromwellus Regni Protector, saeculo sequenti praesertim favit.

Baiani (a. 1551). A Michaële Baio, sive de Bay orti, errabant circa gratiam Angelorum et primi hominis, circa merita operum tum in statu innocenti, tum in alio quocumque, circa liberum arbitrium et eius vires, circa peccatum tam personale quam originale, circa charitatem et impletionem legis, circa iustificationem et sacramentorum effectum, denique circa solutionem poenae temporalis. Errores singuli in 79 proposit. damnati sunt.

Fratres Bohemi (a. 1504). Calixtinorum soboles, genuinos Hussi discipulos se gloriantes, baptismum extra suam sectam collatum repudiarunt: missae sacrificium, Transubstantiationem, cultum Sanctorum respuerunt: Summi Pontificis primatum, preces pro defunctis et Purgatorium inficiati sunt.

David Georgius (a. 1515). In Frisia natus se Dei nepotem ex Spiritu natum, verum Messiam, tertium Davidem et alia plura commentus est.

Desiderius Erasmus (a. 1536). Rotterodami ortus turbarum huius saeculi, se ipso iudice, Auctor, dubiae fidei homo.

Sebastianus Castello (a. 1543). Indifferentistarum parens, Cantica Canticorum reiecit.

Bernardinus Ochinus (a. 1546). Arianus et poligamiam permittens.

Adiaphoristae vel Interimistae (a. 1548). Sic dicti ab observatione formulae, quam Carolus V conscribi et *interim* servari iussit, dum controversia a Concilio Trid. definiretur.

Gulielmus Postellus (a. 1560). Multa de Trinitate, Christo intoxicato, redemptione foeminarum, matrice mundi aliisque mysteriis sibi per Angelum Raphaël revelata somniavit.

Ioannes Sturmius (a. 1578). Novam sectam inter Catholicos et Protestantes mediam inducere conatus.

Pastillarii (a. 1578). In Svevia Ministri inde nomen sortiti, quod Christum dicerent in Eucharistia eo fere modo esse praesentem, quo farina est in pastillo.

SAECULO XVII.

Iansenistae (a. 1641). A Cornelio Iansenio Ep. Yprensi, cuius liber *Augustinus* inscriptus, contentaeque in eo Proposit. quinque, solemniori censura ann. 1653 damnabantur. Sic autem illae habent: *1) Aliqua Dei praecepta hominibus iustis volentibus et conantibus secundum praesentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia qua possibilia fiant. 2) Interiori gratiae in statu naturae lapsae numquam resistitur. 3) Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione. 4) Semipelagiani admittebant praevenientis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei et in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam esse talem, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. 5) Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.* Occasione formulae an. 1664 ab Alex. VII, propositae, Jansenistae scissi sunt in Molliores sub variis effugiis et amphibologiis, Jansenii sensu mente retento subscribentes, et in Rigidiores sine manifesto periurio id fieri posse negantes. Jansenii Magister et Baianismi propagator fuit Ioannes Vergerius Abbas *Sancyranus* in Ecclesiam apprime iniurius, Synodum Tridentinam Scholasticorum vile conventiculum appellare ausus. Inter secta-

tores, praecipui erant Antonius Arnaldus (a. 1656) ob negatam Petro peccanti gratiam sufficientem, et inductam quaestionem facti Jansenniani a Sorbona expulsus – Ludovicus de S. Amore – Gabriel Gerberon – Eugenius de Geldern – Candidus sive Aegydius de Witte aliique.

Quietistae Novi (a. 1665). Alii *Carnales* a dogmate aut Molinosistae a Michaële Molinos dicti, Dulcinistarum et Beguardorum asseclae, sub specie contemplationis, sui annihilationis, perfectae quietis interioris et totalis unionis cum Deo, reliquos omnes virtutis actus ac bona opera reiiciebant ut superflua, autumantes, interna hac quiete semel obtenta, peccari amplius non posse, nihilque sanctitati officere: inde in foedissima quaeque prolapsi. - Alii *Spirituales* (an. 1698) orti occasione Libri cui titulus. « Placita Sanctorum » explicata super viam interiorem ab Illmo D. Francisco de Salignac Fénélon Arch. Cameracensi conscripti. Propositiones hic statuebantur Molinosistarum principiis affines, sed castigatiores: ipsi itidem moribus ab omni sorde et impuritate alieni.

Arminiani (a. 1609). A Iacobo Arminio, *Molles* a mitigata Calvini doctrina, *Remonstrantes* a scripto quod Hollandiae Ordinibus oblatum *remonstrationem* dicebant, nuncupati, in suspicionem socinianismi et semipelagianismi vocati sunt. - Vicissim Gomaristae a Francisco Gomaro, Rigidi a doctrina Calvini servata, Contra Remonstrantes a libello Arminianis opposito anno eodem dicti, contendebant posse hominem in aeternum perire defectu misericordiae divinae: Deum solo suo placito quosdam reprobare; non omnibus dari media ad salutem sufficientia.

Piscatoriani (an. 1620). A Ioanne Piscatore nuncupati, iustitiam Christi in activam et passivam dividebant, illam soli Christo, hanc fidelibus tribuentes qua formaliter iustificarentur: in Coena Domini fractionem panis essentialem statuebant. Legem Mosaicam quoad iudicialia et poenarum genera nolebant abolitam, in reliquis quoque de praedestinatione et poenitentia locuti modo singulari.

Pietistae (a. 1670). Auctore Iacobo Spennero, communione aeque ac doctrina segregabantur a reliquis Lutheranis, qua in postrema circa bona opera, mandatorum observationem, consiliorum approbationem et pietatis exercitia ad Catholicos magis accedunt. Dividuntur ipsi inter se in *Visionistas, Renatos, Contemplativos* et alios diversissimi nominis.

Hoc pariter saeculo insanierunt in Gallia Metaphoristae, auctore Daniele Chamierio, asserentes Filium Dei non esse proprie Verbum aut imaginem Patris sed metaphorice: item sumptionem Eucharistiae nonnisi metaphoricam esse comestionem. Inspiratistae in Germania, ducibus Valentino Weigelio et Iacobo Boehmio, falsas

diversasque rerum ideas disseminantes: Illuminati in Hispania, Beguardorum sequaces et Quietistarum novorum prodromi – Mennonistae a Mennone Simonis Anabaptistarum proles, Vetus Testamentum reiicientes, a nomine Trinitatis abstinentes, corpus ex divinitatis substantia Christo tribuentes, animam peccato infici negantes. - Labatistae a Ioanne Labadie (an. 1650) Deum decipi et decipere posse blasphemantes. - Praeadamitae auctore Isaaco Peyrerio (an. 1655) docentes Adamum primum parentem fuisse tantum Iudaeorum, anteque illum iam extitisse homines alios, quos Praeadamitas vocant. - Quakeri vel Tremulantes (an. 1656) in fictis exstasibus toto corpore contremiscentes, respuentes verbum Dei scriptum: abnegantes Trinitatem, corporum resurrectionem, caelum et infernum. - Cocceiani (an. 1660) a Ioanne Cocceio Theologiae Typicae et Propheticae auctore. – Benedictus Spinoza (an. 1670), atheismum professus, dum Deum esse substantiam extensam et cogitantem, omnia entia in mundo huius substantiae modificationes, religiones pacandis solum civibus inventas esse; aliaque absurda scriberet. - Fanatici in Anglia (an. 1680) ad id a Deo se vocatos effutientes, ut Monarchas omnes, quos carnales vocabant, everterent.

Libertates Gallicanae.(1682) Qui praeclaro aliquo nomine harum originem honestare studet a Concilio Turonico primo, aut saltem a S. Ludovico IX magna cum amborum iniuria eam solet repetere. Vera tamen earumdem origo a funestissima occidentalis schismatis aetate videtur esse repetenda, quo ex tempore, politica potestate urgente, sensim illae increvere donec certis quibusdam sollemnibusque formulis expressae sunt tum cum Ludovico XIV adversus Innocentium XI, venerabilis memoriae Pontificem, hostiles animos gerente, aliquot Galliarum Episcopi eiusdem regis iussu congregati, celebrem *quinque propositionum declarationem* emiserunt. Iam igitur ad has quinque seu potius quatuor propositiones (nam quinta ad evulgationem priorum pertinet) veluti ad totidem germina, unde practica consectariorum seges plurima exoritur, gallicanae libertates revocantur, quarum I. est *Romanis Pontificibus nullam esse in Reges, atque in civilia negotia ne indirectum quidem potestatem.*

II. Concilii generalis auctoritatem Romani Pontificis auctoritate esse superiorem:

III. Potestatem Sedis Apostolicae coarctari a) per canones iam conditos totiusque mundi reverentia consecratos; b) per consuetudines atque instituta a Regno et ab Ecclesia Gallicana recepta.

IV. Romani Pontificis iudicium infallibile censendum non esse nisi Ecclesiae consensus accedat.

Ex quibus propositionibus licet plurima ad Ecclesiae statum practice turbandum deduci possint, tria tamen infelici celebritate

insignia dimanant, quae veluti *Regni instituta* ad propositionem tertiam revocantur, id est: *Appellatio ab abusu*, quae est misera illa consuetudo subiiciendi Ecclesiam Magistratibus civilibus ad eos appellando a sententiis iudicis ecclesiastici eo nomine, quod ille auctoritate sua perperam atque iniuriose usus fuerit: *Regium Placet* id est pessima altera consuetudo, qua Constitutiones apostolicae, ipsaeque etiam Episcoporum pastorales litterae, quas dicunt *mandata* in vulgus edi servarique vetantur, nisi id civilis Magistratus permittat: *Regius Patronatus et custodia Canonum*, quo nomine libera fit Regi facultas quibus libet Ecclesiae negotiis sese immiscendi.

Praedictas Libertates reprobarunt Romani Pontifices INNOCENTIUS XI per litteras in forma Brevis die 11. Aprilis an. 1681: ALEXANDER VIII Const. *Inter multiplices* die 1. Augusti an. 1690: PIUS VI Constit. *Auctorem fidei* die 28 Aug. 1795. imo ipsi reiecerunt Gallicani Episcopi qui eas edidere, et Ludovicus ipse XIV cuius auctoritate gesta ea omnia fuerant, litteris seorsim datis ad Innocentium XII. anno 1693. Cf. Camilli Tarquini S. I. S. R. E. Card. Iuris Eccl. publ. Institutiones, qui dilucide praedicti syst. fund. convellit. Cf. etiam Tractatum de Rom. Pontif. cum Proleg. de Eccl. cl. P. Dominici Palmieri S. I. in quo egregie exponuntur et confutantur libertates istae gallicanae.

SAECULO XVIII.

Pesudo-Philosophi (1700) Eorum antisignanus fuit Petrus Bayle qui saeculo praecedenti in scriptis suis tollerantiam religiosam, indifferentismum et scepticismum propugnavit. Ei suppar fuit Henricus comes de-Boulainvilliérs. Eorum vero patriarcha merito censetur Franciscus M. Arouet de Voltaire qui tota vita sua destruendae Religioni christianae operam impendit. Eius discipulus et in pseudo-sophiae patriarchatu successor extit Joannes Le Rond d'Alembert, qui reliquos astutia et dexteritate impugnandi religionem superavit, usus enim est prae ceteris simulatione et techis. Cui jungi debet Dionysius Diderot scepticismum materialismum, et atheismum professus.

Quesnelliani (a. 1708). A Paschasio Quesnello, appellantes ab interiecta ad Concilium Oecumenicum appellatione dicti, centum et uni propositionibus suffragati sunt, damnatis per Bullam *Unigenitus*. Harum 43 priorum argumentum universim versatur circa gratiae naturam et distributionem; mediarum num. 38. circa virtutes Fidem, Spem, Charitatem, Timorem vitiaque his opposita; postremarum 30 circa Ecclesiam variamque eius disciplinam.

Labente hoc saeculo praeter auctas Pietistarum sectas (ad quorum classem etiam Zinzendorfiani ab auctore, vel Herrnhuttani a loco dicti, referri possunt) poenitentiae hostem se professus est Fridericus Leenhoffius: Arianismum tutati sunt Wilhelmus Whistonus et Samuel Clarkius; Libertinismum professi sunt Tollandus et Collinus: denique Manichaeismum Petrus Baelius, aliique alios errores renovarunt.

Liberi Murarii (a. 1725). Inter omnes sectas maxime pestifera ad rei tum sacrae tum publicae exitium emersit. Ipsi nefando inter se foedere coniuncti inviolabilisque iurisiurandi vinculo obstricti, reiecta omni supernaturali religione et excusso cuiuscumque auctoritatis iugo, nedum Ecclesiae sed et civili societati acerrimum bellum, seu palam seu clandestine, indicere aggressi sunt. Huiusmodi societates, quocumque nomine censeantur, a RR. Pontificibus anathemate percussae sunt. (Clemens XII. Const. *In eminenti*: Bened. XIV. Const. *Providas*: Pius VII. Const. *Ecclesiam a Iesu Christo*: Leo XII. Const. *Quo graviora*: Pius IX. Encycl. *Qui pluribus* ut alios omittamus).

Deistae. Unum fidei suae articulum de uno Deo pro libito colendo et adorando professi, reliquis vel contemptis vel in ordinem adiaphororum relegatis.

Naturalistae. Sic dicti quod unam naturam vel rationem sequantur, revelationis inimici, religionem arbitrio et genio suo accommodatam efformant, ac heroico nomine Fortes Spiritus cum Deistis et Indifferentistis dici iam amant.

Febroniani (1763) A Nicolao de Hontheim Ep. Myriophitano et Archiepiscopi Electoris Trevirensis Coadiutore exorti, qui Jansenistarum et Richeristarum doctrinis imbutus, sub ficto nomine Iustini Febronii librum in lucem edidit cui titulus « de praesenti Ecclesiae statu et legitima Romani Pontificis potestate liber singularis » Eorum praecipui errores sunt: potestatem clavium a Christo fuisse collatam toti Ecclesiae: aliquem primatum in Ecclesia necessarium esse attamen quod Romanae Ecclesiae Sedi fuerit affixus id ab Ecclesiae placito, non a divino jure esse repetendum: naturam et fundamentum huius Primatus in ea re esse statuunt, ut unitas servetur, unde deducunt primatum recte appellari primatum consociationis; iura quae de eodem praedicantur, duas in classes esse distinguenda in *essentialia* quae eidem perpetuo inhaereant, et in *adventitia*, quae amoveri possunt et ut plurimum debent. *Essentialia* vero ea tantum esse habenda, quae sint in unitate legitimo modo curanda, qui modus unice consistit in *adrigilando* et in *dirigendo*, scilicet consilii est, non *coactionis*.

« Nostris hisce temporibus alia prodiit secta Neo-Protestantium, » qui se Veteres Catholicos appellant, quique a neganda auctoritate » Concilii Oecum. Vaticani exorsi ac infallibilitate Romani Pon- » tificis ex cathedra definientis et consequenter infallibilitate Eccle- » siae, in liberum examen delapsi sunt ac per varias erroris semitas » incerti vagantur. »

COLLECTIONES IURIS CANONICI

—

Primigenius Iuris Canonici status ab exordio Ecclesiae usque ad annum CCC.

I. Ecclesiae primordiis fideles ab Apostolis, et apostolicis viris veluti manu regebantur; cum enim saeviret persecutio, ac teterrimae ab Imperatoribus clades Christianis undique impenderent, non tam facile Episcopi poterant in unum congregari ad canones condendos, et controversias definiendas. Hoc autem non ita esse intelligendum, perinde ac si numquam per illud temporis vel controversiae ortae fuerint in Ecclesia, vel illarum causa, cum opportuna daretur occasio, in unum Episcopi convenerint, constat ex Act. Apostolorum, in quibus narratur eorum aetate Concilia haberi coepisse, atque ipsos non semel in unum congregatos de rebus fidei ac morum diiudicasse. Alia quoque Concilia acta sunt per tria haec saecula, sed particularia unius dumtaxat provinciae, vel nationis. Canones inde in unum collecti prodiere sub nomine canonum Apostolorum una cum octo libris Constitutionum, quae pariter dictae sunt Apostolicae sub titulo Clementis Romani Pontificis. Antiquissima haec collectio est, cuius mentio fit in ecclesiasticis monumentis, ea tamen multo post tertium Ecclesiae saeculum concinnata esse videtur. Et revera eius nulla fit mentio apud illos, qui hisce tribus prioribus saeculis res Ecclesiae scriptis illustrarunt, et quaedam in ea memorantur, quae multo post aetatem Apostolorum, et S. Clementis statuta sunt. Verum minime ambigendum esse videtur, hos canones, licet Apostolis falso tributos, conditos tamen fuisse a catholicis Episcopis in Synodis in Oriente celebratis, et dictam collectionem partim constare ex hisce canonibus, partim ex consuetudinibus, quae per earumdem regionum Ecclesias invaluerant, ut ex toto ipsorum cononum corpore evincitur. Ut vero huic collectioni auctoritatem compararent qui eam confecerunt, *Canones Apostolorum* appellarunt, eamque sub titulo S. Clementis ediderunt.

Alter status Iuris Canonici a saeculo III usque ad VII.

II. Magno interim imperante Constantino, alter Ecclesiae status constitui potest, qui per quatuor sequentia saecula adolevit, ad annum usque DCC. Tum primum Ecclesia, tribus fere saeculis in agone exactis, a labore ac metu respiravit atque ampliorem veluti ordinem, ac splendorem consecuta est. Episcopi enim libertate in unum conveniendi potiti sunt, atque plura habita fuere Concilia praesertim in Oriente, quorum acta paene integra ad nos usque pervenerunt. Hinc canonum collectio in Oriente confecta est, cuius auctor adhuc eruditis ignotus, et quo tempore primum prodierit adhuc incertum. Huius codicis prima occurrit mentio in Concilio Chalcedonensi. Iam vero si canones Apostolorum pro prima et antiquissima canonum collectione accipiantur, proximum obtinebit locum haec, quae prima vulgo censetur. Quibus canonibus constaret non satis est exploratum; sed probabilior sententia est, quod forte ab initio tantum comprehenderit canones Nicaenos, Ancyranos, Neocaesarienses, atque Gangrenses, etsi postea canones adiuncti fuerint aliorum Conciliorum. Hic autem ordo in ea servatus est, ut post canones Nicaeni Concilii, quod utpote primum Oecumenicum antiquioribus erat praeponendum, in reliquis ratio haberetur temporis, quo unumquodque habitum fuit. Eorum autem canones non distincte tamquam diversarum Synodorum, sed perpetua serie digesti ac si unius essent Concilii, positi sunt.

III. Viguit quoque alia canonum collectio in ipsa Ecclesia Graeca, auctore Ioanne cognomento Scholastico, eo quod e schola, sive ordine advocatorum ad ordinem ecclesiasticum transisset. Hic nova methodo hanc collectionem peregit; eam enim in 50 titulos divisit, nec ordine temporis servato, nec serie numerorum pro veterum more, sed similibus similia, ad eamdem scilicet rem pertinentia, coniungendo, et suos cuique titulo canones, eosque integros subiiciendo, ut ipse in eius operis praefatione testatur. In ea post canones Apostolorum recensentur canones decem Conciliorum Nicaeni, Ancyrani, Neocaesariensis, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni. Constantinopolitani I, Ephesini et Chalcedonensis. His se addidisse fatetur canones 68 ex tribus canonicis Epistolis S. Basilii quos ab aliis omissos ipse primus in sua collectione descripsit, reliquos ex veteribus sumpsit. Huic collectioni, quam idem Ioannes Antiochenus adhuc presbyter, composuisse creditur, iam inauguratus Patriarcha Constantinopolitanus, primus omnium sub Iustiniano attexuit *Nomo-canonem*, idest legum cum canonibus collatio-

nem, divisum pariter in titulos 50, ac per materias distinctum, cui adiecit leges eductas potissimum ex Codice et Novellis Iustiniani.

IV. Aliud exstitit huius orientalis codicis incrementum anno 692 per Synodum *Trullanam*, sic appellatam, quod habita fuit in *Trullo* palatii Constantinopolitani. Dicitur quoque *Quini-sexta*, quia Episcopi in ea congregati, plurimis editis disciplinae tuendae causa canonibus, supplevisse censuerunt id, quod V et VI Synodis generalibus Constantinopoli coactis deerat: in quibus, damnatis eorum temporum erroribus, fides confirmata fuit, sed nulli editi canones. Haec autem Synodus, quam et *sextam* absolute Graeci saepenumero vocant, Latinis Conciliabulum est, quia sine Summi Pontificis interventu habita fuit, et aliena constituit a Romanae Ecclesiae usu. Igitur in ea eius tantum canones recepti sunt, qui superioribus Conciliis et probatis consuetudinibus non adversantur, ut postea Humbertus Card. Episcopus Silvae Candidae, Leonis IX Legatus, apud Graecos est contestatus. - Fuerunt quoque in honore apud Graecos aliae collectiones, de quibus singillatim loqui longum profecto esset, nec necessarium.

V. Agendum nunc de collectionibus quae in Latina Ecclesia viguere. Etsi enim earum usus in Ecclesia Graeca primum coeperit, tamen ad Latinam quoque manavit, sed multo serius. Ante siquidem Nicaenam Synodum Ecclesia Romana (et cum ea reliquus Occidens) non aliis videtur disciplinae regulis usa, quam Sacris Scripturis ac Traditione, ita ut moribus potius et consuetudine, quam constitutis canonibus plerisque in rebus regeretur. Verum iam celebrato Nicaeno Concilio, eius canones latinitate donati atque una cum Sardicensibus perpetua serie sub solo Nicaeni Concilii nomine digesti, romanum codicem composuere.

VI. Variae autem cursu temporum elaboratae sunt collectiones, quas inter celebris est *Dionysiana*, ita dicta ab eius auctoris nomine *Dionysio*. Ipse vero primus non fuit, ut aliqui putarunt, qui canonum Ecclesiasticorum novum codicem absolverit, sed primus, qui novam, fideliorem et ordinatiorem instituit canonum Graecorum collectionem. Ante ipsum enim duae praesertim extabant antiquae versiones canonum totius Graeci codicis: una, quae *Isidoriana*, altera, quae *Prisca* appellatur, de qua loqui Dionysium eruitur cum scribit, se *confusione priscae translationis offensum*, ad novam canonum versionem adactum. Eius collectio duas habet partes: altera Conciliorum canones complectitur, altera Summorum Pontificum epistolas exhibet, diverso tempore utraque in lucem edita. Canonum collectio, prima Dionysii elaboratio, sub una numerorum serie a primo capite Nicaenae Synodi deducit ad Constantinopolitanae I canonem tertium. Hinc praetermissis Concilii Ephesini canonibus Chalcedonenses adiungit

numero 27 in quibus finem Graecorum canonum esse declarat. Huic codici canones Apostolicos 50 adiecit, Sardicenses 21 et Africanorum Conciliorum 138 ex latino autographo. Altera pars, quae serius in lucem prodiit, continet Decretales Romanorum Pontificum a Siricio ad Anastasium, quibus postea Decretales etiam aliorum Pontificum, sed non eiusdem auctoris opera, accesserunt.

VII. Labente saeculo VIII Hadrianus I Pontifex hoc corpus canonum quibusdam additionibus locupletatum, Carolo M. Francorum regi, praeclari muneris loco, Romae dedit, et tum sane usu receptum valuit apud Gallos, ut ex Conciliis postea habitis colligi potest. Haec est collectio, quae Hadriana appellatur, et a Dionysiana distinguitur praesertim per dictas additiones. Minime vero existimandum est, laudatum Pontificem auctorem et dictae collectionis, et earum additionum exstitisse.

VIII. Ast Ecclesia Gallicana VI saeculo suum proprium habuisse codicem et quidem a Dionysiano diversum, patet ex Agobardi Lugdunensis Episcopi epistola ad Ludovicum, tum ex Caesario Arelatensi. Constat quoque suas habuisse collectiones Ecclesiam Hispanicam et Africanam. Plures sunt collectiones Hispanorum, quas inter, ea quae dici solet *Hispanica*, post Dionysianam ordine et copia alias antecellit. Antiquissimum codicem in tres partes divisum extare in Ecclesia Urgellensi scribit Cardinalis Aguirrius diss. II, tom. 1, cuius auctorem fuisse S. Isidorum Hispalensem, sunt qui contendunt. Pro Hispanica Ecclesia suam collectionem perfecit Martinus e Pannonia oriundus, Bracarensis Episcopus circiter an. 570. In ea complexus est graecos canones a se latine redditos, et multa etiam ex latinis fontibus expressit. Verum antiquos canones saepe ad recentiorem disciplinam accommodavit, et ideo multa addidit, vel detraxit. Huius collectionis pars una complectitur quae ad Episcopos et universum Clerum, altera quae ad laicos spectant.

IX. Africana autem Ecclesia ante Concilium Carthaginiense VI anno 419 nullam habuit canonum collectionem. Ex actis huius Synodi confectus videtur *Codex canonum Ecclesiae Africanae*, quem suo codici inseruit Dionysius Exiguus, ut supra innuimus. Ferrandus inde Ecclesiae Carthaginiensis Diaconus, qui in Africa floruit eadem aetate, qua Romae Dionysius, Bonifacii sui Episcopi monitu collectionem adornavit, qua canonum tantum summam dedit, et ideo *breviationem canonum* vocavit: isque inter eos, qui canones Conciliorum latine in ordinem et compendium redegerunt, vel antiquissimus, vel inter antiquissimos fuit. Circa annum Christi 690 Cresconius, Episcopus Africanus Ferrandum imitatus, ut ipse fatetur, novam collectionem concinnavit, quam *Breviarium canonicum* inscriptam voluit. In ea siquidem brevibus summulis singula Eccle-

siasticae disciplinae capita comprehenduntur, indicatis dumtaxat Pontificum Romanorum decretis et Conciliorum canonibus, non ad verbum relatis. Eadem tamen integra continet altera eiusdem Auctoris collectio, cui *Concordia canonum*, sive *Liber canonum* titulum praefixit.

X. Ad eamdem hanc Iuris Canonici epocham referendae plures Imperatoriae leges in utroque codice Theodosiano et Iustinianaeo adhuc exstantes, quibus piissimi Principes vel Ecclesiam privilegiis exornarunt, vel quae iam canonibus statuta fuerant, adiectis temporalibus poenis, tamquam fidei vindices et religionis custodes, exequi curarunt.

Status tertius Iuris Canonici.

XI. Tertius status Ecclesiae ab VIII saeculo ad XI usque progreditur, quo scientiarum ac optimarum artium fontes densa caligine obduxerant barbararum gentium irruptio, disciplinae remissio, corruptio morum, Clericorum ambitio, litterarum squalor, atque schisma Graecorum. Photius Patriarcha Constantinopolitanus, hanc tertiam Iuris Canonici epocham auspicatur. Is enim postremam canonum per Synodos digestorum collectionem, quae apud Graecos quarta habetur inter eas, quae alicuius nominis atque usus fuerunt, *Collectionem constitutionum Ecclesiasticarum* inscriptam confecit circa annum 880. Haec collectio continet canones, quos duo Conciliabula Constantinopoli congregata, alterum in templo SS. Apostolorum, alterum in templo S. Sophiae, ediderant. Idem Photius huic collectioni collectionem quoque legum attexuit condito *Nomo-canone*, exemplo Ioannis Antiocheni, sed ordine diverso: leges quippe non integras describit ut a Ioanne Scholastico factum fuerat, sed tantum indicat. Post haec per amplius duo saecula collectionibus concinnandis cessatum est in Oriente.

XII. Nunc vero ad occidentalem Ecclesiam quod pertinet, collectio prodiit Isidori *Mercatoris*, sive *Peccatoris*; cum alii codices sint, qui *Mercatoris* nomen inscriptum habent, alii *Peccatoris*. Quis revera fuerit auctor non satis liquet. Isidoro Hispalensi omnino non est tribuenda, continet enim monumenta ipso recentiora, nec videtur adiudicanda Isidoro Episcopo Sebucensi, nec Riculpho Moguntino Episcopo: plerique ex viris doctis eam confecisse existimant hominem Germano-Francum cum ex veteri Galliarum descriptione Francorum regibus Germania subiiceretur. Tamen non ambigendum videtur, hunc Isidorum *Mercatorem*, quisquis ille sit, praecipue ex vera Isidori Hispalensis collectione, cum magna eius esset celebritas, ex collectionibus Hadriana, ac veteri a Quesnello edita,

multa in suam derivasse collectionem, quam foedavit multis variisque soppositititiis monumentis, quae partim primum ipse confinxit, partim aliorum ingenio confecta literis consignavit. Prioris generis sunt epistolae Decretales Summorum Pontificum a Clemente usque ad Silvestrum, et pontificiae literae a Silvestro usque ad Gregorium M., exceptis literis S. Damasi, quas ille secuit in partes tres. Item acta Concilii Romani sub Iulio I, et Concilii V. et VI sub Symmacho. Posterioris generis sunt duae epistolae Clementis ad Iacobum et excerpta a romana Synodo sub Silvestro. De collectoris mente autem perperam iudicarunt, qui romanae sedis incrementum ab eo spectatum dixere, cum ex opere universo emineat collectorem Episcopis iniuste accusatis prospicere voluisse, quod sane fatetur in ipso operis prooemio, quin verbum ullum iniiciat de potestate RR. Pontificum. Neque minus a veritate abludunt Moshemius, Febronius Fleurinius aliique, qui conversionem ecclesiasticae disciplinae ex illa collectione repetendam esse affirmant, cum constet eam nulla auctoritate polluisse et catholicos doctores Romanae Sedis obsequentissimos diu ante heterodoxos confictionem monumentorum in ea existentium notasse.

XIII. Hac Isidori collectione vix in Gallias illata, alia statim prodiit in 80 Capitula distincta, quae falso Hadriano I Pontifici tribuitur, et Angilramno Episcopo Metensium tradita fuisse fertur; at utriusque unum esse auctorem ex earum Decretalium et Capitulorum consensu, haud obscure deprehendi potest. Eodem saeculo IX prodiit collectio sub titulo *Canonum Poenitentialium*, incerto auctore, quae etsi ita denominetur, tamen omne Canonum genus complectitur. Sequenti saeculo Reginus monachus Benedictinus opus edidit sub titulo: *De Ecclesiastica disciplina, et Religione Christiana.* Saeculo XI primus occurrit Burchardus Wormatiensis Episcopus, qui nova methodo *Magnum Decretorum volumen* exornavit, vulgo dictum *Decretum.* Alia collectio est, quae Anselmo Lucensi adscribitur, cui titulus : *Authentica et compendiosa Collectio regularum, et sententiarum SS. Patrum, et autorabilium Conciliorum;* et praeterea opusculum ex pluribus SS. Patrum operibus excerptum. Ad eamdem Iuris Canonici epocham liceat quoque referre, binas Collectiones Ivoni Carnotensi aeque tributas, quarum prima inscribitur: *Excerptiones Ecclesiasticarum regularum*, quae non secus ac illa Burchardi *Decretum* dici consuevit. Altera *Panormia*, seu *Pannormia*, quam *Pannomiam* dicendam censuerunt Contius, et Passerinus, aliique, quibus minus arridet graeco simul et latino sermone compositum *Pannormiae* nomen. Hae sunt collectiones notatu dignae, quae diversis methodis pro cuiuscumque ingenio sunt exaratae, et omnes, ut aliae huc usque recensitae, privato studio confectae;

ideoque nulla earum Codicem Canonum constituere potuit, qui publicae auctoritatis vim haberet in Ecclesia.

De recentioribus Iuris Canonici Collectionibus.

XIV. Pulsa ignorantiae caligine saeculo XI nova litterarum lux effulsit, et per alia quatuor saecula excrevit, quae postea defluxere ad annum 1500, et hic quartus Iuris Canonici status appellari potest.

XV. Prima quidem Collectio ea est, quae auctorem habet Gratianum. Gratianus natione Tuscus, patria Clusinus, monachus professione, primus omnium medio saeculo XII Concordantiam scripsit discordantium canonum, quae deinde *Decretum* dici coepit. Constat ex locis S. Scripturae, ex Canonibus sic dictis Apostolorum, ex Conciliis generalibus ac particularibus, ex Decretalibus Summorum Pontificum, et operibus Patrum scriptorumque ecclesiasticorum, ex libris Iuris Civilis Romanorum, Capitularibus Regum Francorum, ex rescriptis aliquot Imperatorum, denique ex Historia Ecclesiastica, gestisque Summorum Pontificum. Haec Collectio peculiari sedulitate ac studio ab auctore elaborata, multo ceteris uberior est, cum quidquid rem ecclesiasticam respicit, contineat. In ea ad concordiam vocare conatus est Gratianus quae inter se pugnare videbantur, methodo non tantum scholis apta, quam forensi exercitationi. Verum et ex illius temporis conditione, et ex eo quod Gratianus antiquitatum non satis esset expertus, effectum est ut omnia non petierit ex puris fontibus, sed ex mendosis collectionibus Burchardi, Ivonis et ceterorum; atque hinc mirum non est, si in multis lapsus in suo opere defecerit. Ad illud opus corrigendum Pius IV et S. Pius V viros elegerunt, qui Romani Correctores vocantur, quibus *Decreti* emendatio demandata fuit, quae tandem sub Gregorio XIII fuit absoluta. Haec Collectio dividitur in tres partes: prima agit praesertim de *Personis*, continet distinctiones 101 et sub qualibet distinctione plures canones; altera pars de *Iudiciis* est divisa in causas, quae numero sunt 36, sub unaquaque causa plures quaestiones, et sub quaestionibus plures canones exstant. In hac Decreti parte prostat tractatus de *Poenitentia* in septem distinctiones tributus. Tertia pars ad *Res* pertinet, et complectitur tractatum de *Consecratione* divisum in quinque distinctiones. Quoad vero huius Decreti auctoritatem animadvertendum est, quod ea quae in eo referuntur, ut loca S. Scripturae, canones conciliorum, eamdem auctoritatem retinent in Decreto, quam sua natura habebant, et quae auctoritate per se carent, non eam acquirunt in Decretum translata. Post Gratianum adornandis canonum

collectionibus modus factus est, sed manus admoveri coepit colligendis decretalibus Romanorum Pontificum epistolis. Intermissa enim Conciliorum frequentia, omnia pene negotia ad Rom. Pontificem deferebantur; hinc frequentissimae eorum literae decretales. Prima collectio, quae anno 1190 composita fuit a Bernardo Circa praeposito Capiensi, appellata *Breviarium Extravagantium*, continet antiquorum Pontificum Decreta, Conciliorum canones, et Patrum sententias, quae Gratiani diligentiam effugerant et in primis Constitutiones Summorum Pontificum post Gratianum editas, ac etiam canones Concilii Lateranesis III. Secunda Collectio, quam perfecit anno 1202 Ioannes Galensis, seu Vallensis, comprehendit tum eorumdem Pontificum, de quibus diximus, tum Coelestini III Constitutiones. Tertia Collectio ea appellata fuit, quam Innocentius III publica auctoritate donavit, et in qua suas Decretales opera Bernardi Diaconi Beneventani in unum corpus redigendas curavit. Quarta est Collectio, quae supradictam brevi excepit incerti auctoris, in qua continentur Decretales posteriores Innocenti III et canones Concilii Lateranensis IV sub laudato Pontifice celebrati. Quinta tandem Collectio ea, in qua iussu Honorii III, qui Innocentio in Pontificatu successit, eius Decretales comprehensae sunt. Haec, ut illa Innocentii, Sedis Apostolicae auctoritate vulgata est.

XVI. Tres aliae Collectiones Giberti, Alani, et Bernardi Compostellani in usu non fuerunt.

XVII. Ob tantam collectionum copiam, atque elucubratos in eas commentarios, cum maxima in Ecclesiasticis Iudiciis oriretur confusio, sapienter Gregorius IX novam collectionem confici curavit, per quam quas superius recensuimus obsoleverunt. Haec collectio prodiit anno 1234, quam *Decretales* dicimus, studio atque opera S. Raymundi de Pennafort ex Ordine Praedicatorum, Cappellani et Poenitentiarii Pontificis Gregorii IX, publici Bononiae Lectoris, qui iussu laudati Pontificis eam collectionem confecit. Haec Collectio dividitur in quinque Libros, et in varios titulos, quorum singuli plura capita continent, et capita, cum longa sint, in paragraphos dividuntur.

XVIII. Alia pars Iuris Canonici constat ex Decretalibus Bonifacii VIII. Vocatur autem *Sextus Decretalium*, quia haec Collectio est *Gregorianae* supplementi loco; addita enim est quinque eius libris Decretalium. Haec pariter divisa in quinque libros, continet similiter titulos ex dictis decretalibus desumptos, et capitula. Cum citantur capita huius Collectionis additur in fine *in sexto*, vel ponitur numerus *in 6*, ut a capitibus Gregorianae collectionis distinguantur.

XIX. Aliam partem corporis Iuris Canonici constituunt *Clementinae* ita appellatae a suo auctore *Clemente V.* Ad differentiam priorum additur citationi *in Clementinis*, vel loco Capituli ponitur *Clementina.*

XX. *Extravagantes Ioannis XXII* in quinta parte continentur corporis Iuris Canonici, et sunt 20. Constitutiones huius Pontificis, distributae in 14 titulos, nulla facta divisione librorum; dictae sunt *Extravagantes*, quia vagabantur extra corpus Iuris Canonici, et extra Collectiones, quibus tunc Ius ipsum constabat. Hae *extravagantes* omnes uno comprehensae libro, indicantur eodem modo addito solum *in extravagantibus Ioannis XXII;* vel loco Capituli ponitur *Extravag.*

XXI. Sextam partem constituunt *Extravagantes Communes*, quae dividuntur in libros quinque sicut Gregoriana Collectio.

XXII. En libri quibus constat corpus Iuris Canonici, et quibus in Scholis et in Foro utimur, *Decretum*, *Decretales*, *Sextus Decretalium*, *Clementinae*, *Extravagantes.*

XXIII. In singulis libris habentur Glossae, seu adnotationes aliquot Doctorum. Hae eamdem habent auctoritatem, quam privati Doctoris opinio habere potest in legibus explanandis.

De Iure Novissimo.

XXIV. Ius novissimum, ius nempe constitutum post evulgatos libros, de quibus iam diximus constare corpus Iuris Canonici, conficitur ex Concilio Tridentino, ex Constitutionibus Summorum Pontificum, quae inde prodierunt, et quotidie in lucem prodeunt, ex Regulis Cancellariae absolutis, et ad eum perductis statum, in quo nunc sunt; denique ex pluribus etiam declarationibus emissis a sacris Congregationibus Cardinalium, praesertim Tridentini Interpretum.

XXV. Gregorius XIII primus animum adiecit ad colligendas constitutiones Summorum Pontificum, quae post Sixtum IV evulgatae fuerant, et hoc opus mandavit viris doctis, qui *septimum Decretalium* vulgarent. Verum opere nondum absoluto e vivis erepto Pontifice, perficiendum curavit Sixtus V, quo etiam mortuo, opus perfectum fuit, et typis excussum, Clemente VIII sedente in Cathedra Petri. Sed exortis difficultatibus, visum fuit supprimere huius operis exemplaria, quae vix reperiuntur.

XXVI. Petrus Matthaeus I. C. Lugdunensis iisdem fere temporibus edidit *septimum Decretalium* ab se privato studio concinnatum, quod publica auctoritate caret: multa in eo sunt vitia, plura etiam desiderantur.

XXVII. Igitur posteriores Decretales Romanorum Pontificum sunt extra corpus Iuris Canonici, sed tamen ipsius partem efficiunt.

XXVIII. Iam inde a pluribus saeculis Constitutiones expediri dicuntur *per apostolica Brevia* et *per Bullas*. *Bullae* aliae *Consistoriales*, quae expediuntur in Consistorio, adhibito consilio Cardinalium, a quibus subscribuntur : aliae non Consistoriales, quae extra Consistorium emittuntur. Aliae *dimidiae*, quae ita vocantur, quod in sigillo impressum non habent nomen Pontificis, et feruntur a Pontifice antequam consecretur.

XXIX. *Bullae* differunt a *Brevibus*. Illae exarantur in membrana, rudi charactere longobardico aut theutonico, et idiomate latino. Per Bullas expediuntur graviora, et primi ordinis negotia, et solemniori ritu, et longiori sermone conscriptae sunt. Nomen Pontificis, praemittitur in principio primae lineae cum addito *Servus Servorum Dei*, nulla in ipsis orthographiae ratio habetur ; in *data* fit anni computatio a die Incarnationis Domini. Revidentur, et subscribuntur a pluribus officialibus Cancellariae ; apponitur sigillum plumbeum pendens ex chordulis, in quo expressa sunt ex una parte capita SS. Apostolorum Petri et Pauli, ex altera nomen Pontificis regnantis. *Brevia* autem, quae dicuntur etiam *Litterae Apostolicae in forma Brevis*, quod ibi summatim et brevioribus verbis rescribatur, exarantur in papyro subtili et albo, adhibito charactere latino nitido, eleganti et intelligibili, servata adamussim orthographia. In his inscribitur nomen Pontificis in medio ad formam Tituli ; pro *data* computatur annus a die Nativitatis Domini ; subscribuntur tantum a Secretario Brevium, et signantur sigillo, quod dicitur *Annulus Piscatoris*, continens in eius circuitu nomen Pontificis regnantis, in medio autem D. Petri naviculam in mari piscantis.

Bullas a S. Leone usque ad Clementem XII complectitur *Bullarium magnum*, quod Romae edidit Hieronymus Mainardi in 14 Tomos divisum, cuius continuatio usque ad Gregorium XVI confecta est et deinde prosequetur. – Exstat praeterea *Bullarium* Benedicti XIV quod eius constitutiones Pontificias continet, in 4 Tomos divisum.

CONCILIA PARTICULARIA

Quamquam Concilia Particularia numeranda post Generalia veluti suo loco fuissent, nihilominus quoniam propositum mihi non est singula percensere, sed ea tantum quae potiorem in ecclesiastica historia locum habent propter gravitatem eorum quae in his statuta fuerunt, idcirco appendicis loco praecipua memorare heic existimavi. In his recensendis chronologicus ordo servabitur, causa cuiusque indicabitur, Concilia vero quae reprobata fuere distincto caractere notabuntur.

SAECULO I.

Apostolicum de edendo symbolo; *Loco et anno incerto.*
Hierosolymitanum decernit cessationem legalium, edit Canones de sanguine, suffocato, et fornicatione; *anno incerto.*

SAECULO II.

Hierapolitanum damnat Montanum.	An. 170.
Romanum de celebrando Paschate.	196.
Ephesinum de eodem.	196.
Palaestinum, consentiens Romano.	196.
Romanum, contra Quartodecimanos.	197.
Caesareense in Palaestina, contra eosdem.	197.
Lugdunense, pro pace retinenda.	197.

SAECULO III.

Carthaginense I. sub Agrippino pro haereticis rebaptizandis.	215.
Carthaginense II. sub Agrippino, edit Can. ne Clericus sit tutor.	217.
Alexandrinum ob Origenis mutilationem.	231.
Iconiense et Synnadense pro rebaptizandis haereticis.	235.
Romanum, in causa Origenis.	237.
Lambesitanum damnat Privatum haereticum.	240.

Bostrenum contra Berylli errores. 243.
Romanum eiicit Novatianum. 251.
Carthaginense I. sub Cypriano contra Felicissimum schismaticum. 251.
Antiochenum contra Novatianum. 252.
Carthagin. II. sub Cypriano contra Privatum, Novatianum, Felicissimum. 252.
Carthag. III. sub Cypriano de lapsis et baptismo infantum. 253.
Carthag. IV. sub Cypriano contra Episcopos Libellaticos. 254.
Carthag. V. VI. VII. sub Cypriano pro rebaptismo. 254. 255.
Romanum contra rebaptismum. 256.
Antiochenum I. II. III. contra Paulum Samosatenum. 265. 268. 269.

SAECULO IV.

Sinuessanum de lapsu Marcellini *fictum.* 303
Cirtense recipit Traditores. 305.
Alexandrinum deponit Meletium. 306.
Carthaginense deponit Caecilianum, dat initium schismati Donatistarum. 311.
Carthaginense decernit oppositum priori. 312.
Romanum confirmat posterius. 313.
Eliberitanum, edit Can. 81. poenitentiales 313.
Arelatense iudicat causam Caeciliani; Can. 22. edit. 314.
Ancyranum edit Can. 24. partim poenitentiales. 315.
Neocaesareense condit Can. 14. 315.
Alexandrinum sub Alexandro damnat Arium. 321.
Bithyniae pro Ario. 323.
Alexandrinum sub Alexandro damnat Arium. 324.
Antiochenum Arianorum. 329
Gangrense, edit Can. 20. partim dogmaticos contra Eustathium, inter an. 325 et 341.
Alexandrinum damnat Ischyram. 330.
Carthaginense Donatistarum pro Traditoribus. 333.
Caesareense contra Athanasium 334.
Tyrium deponit Athanasium. 335.
Constantinopolitanum Arianor. contra Marcellum Ancyr. 336.
Alexandrinum pro Athanasio. 340.
Antiochenum edit Symbola 3. Can. 25. 341.
Romanum recipit Athanasium et Marcellum Ancyr. 342.
Orientale Arianorum, concinnat Symbol. prolixius. 344.

Coloniense damnat Euphratam haer. *dubium.* 346.
Philippopolitanum Arian. e Sardicensi profugorum. 347.
Mediolanense, deponit Photinum. *eod.*
Carthaginense reconciliat Donatistas, edit Can. 14. 348.
Hierosolymitanum restituit Athanasium. *eod.*
Sirmiense Occidentalium damnat Photinum. 349.
Alexandrina Athanasii restituti. 350.
Sirmiense Orientalium contra Photinum. 351.
Arelatense contra defensores Athanasii. 353.
Mediolanense, causa exilii Liberii. 355.
Biterrense pellit S. Hilarium. 356.
Sirmiense Occidentalium Anomaeorum edit formulam. 357.
Ancyranum Semiarian. illam damnat Anathem. 12. 358.
Sirmiense adoptat formulam Marci Arethusii. 359.
Ariminense vi et fraude desinit in conciliabulum 359.
Nicaenum in Thracia rescindit bene gesta Arimini 359.
Seleuciense Semiarian. damnat Acacianos. 359.
Constantinopolitan. Acacian. vices reddit Semiarianis. *eod.*
Parisiense damnat formulam Ariminensis. 360.
Alexandrinum contra Pneumatomachos, Apollinaristas et Meletianos. 362.
Alexandrinum offert Joviniano Symbol. Nicaenum. 363.
Antiochenum idem praestat. *eod.*
Romanum recipit resipiscentes. 366.
Siculum et Tyanense pro formula Nicaena. 367.
Romanum excommunicat Valentem et Ursacium. 369.
Alexandrinum probat factum. 370.
Laodicenum, edit Can. 60. *eod.*
Romanum excommunicat Auxentium. 372.
Illyricianum profitetur Trinitatem consubstantialem. 374.
Antiochenum concinit praecedenti. *eod.*
Valentinum, in Delphinatu, constituit Can. 4. *eod.*
Iconiense tuetur divinitatem Spiritus S. 377.
Romanum de Ursicino Antipapa. 378.
Romanum damnat haereses diversas. 379.
Caesaraugustanum, damnat Priscillianistas, Can. 8. 380.
Aquileiense contra Palladium et Secundianum haer. *eod.*
Sidense damnat Messalianos. 384.
Burdigalense, contra Priscillianistas. 385.
Romanum damnat Jovinianum. 390.
Carthaginense, edit Can. 13. *eod.*
Mediolonense contra Jovinian. *eod.*
Hipponense sub Aurelio I. edit Can., Libr. Sacr. 393.

Taurinense, Can. 8. 395.
Carthaginense sub Aurelio III. edit Can. 50. 397.
Carthaginense sub Aurelio IV., Can. 104. 398.
Alexandrinum et Cyprium contra Originem. 399.
Toletanum, constituit decr. 18. contra Priscillianist., Can., 20. 400.

SAECULO V.

Carthaginense sub Aurelio VI. edit Can. 15. 401.
Milevitanum sub Aurelio VII., Can. 5. 402.
Ad Quercum in causa S. Chrysostomi. 403.
Carthaginensia sub Aurelio VIII. usque XIV., Can. plures. 403. 410.
Carthaginensis collatio inter Catholicos et Donatistas. 411.
Bracarense, edit professionem fidei. 411.
Carthaginense contra Caelestium. 412.
Zertense contra calumnias Donatistarum. *eod.*
Hierosolymitanum in causa Pelagii. 415.
Diospolitanum in eadem causa. *eod.*
Hierosolymitanum expellit Pelagium. 416.
Carthaginense contra Pelagianos. 416.
Milevitanum contra eosdem. *eod.*
Carthaginense de Caelestio respondet Zosimo. 417.
Carthaginense, Decr. 9. contra Pelagian., 10 contra Donatistas. 418.
Carthaginense in causa Appiarii. 419.
Ciliciense damnat Julianum Pelagianum. 423.
Carthaginense circa Appellationes transmarinas. 425.
Constantinopolitanum damnat Messalianos, de ordin. Sisianii. 426.
Alexandrinum in causa S. Cyrilli et Nestorii. 430.
Romanum in causa eadem. *eod.*
Antiochenum pro pace inter Cyrillum et Joan. Antiochen. 432.
Arausicanum, edit Can. 30. 441.
Vasense, Can. 10. 442.
Arelatense, Can. 7. *eod.*
Romanum in causa Chelidonii et contra Manichaeos. 444.
Hispanum, anathem. 18. contra Priscil., decernit additamentum *Filioque.* 447.
Constantinopolitanum damnat et deponit Eutychen. 448.
Antiochenum, Tyrium, Berytense, in causa Ibae. *eod.*
Ephesinum Latrocinium. 449.
Romanum rescindit acta Ephesini. *eod.*
Constantinopolitanum damnat eadem, profitetur fidem. 450.
Hiberna 2. sub S. Patricio, Can. 65. *eod.*

Arelatense edit Can. 56. 452.
Andegavense, Can. 12. 453.
Arelatense in causa Fausti Lirinensis. 455.
Constantinopolitanum contra Simoniacos. 459.
Antiochenum deponit Petrum Fullonem. 472.
Arelatense contra Praedestinatianos. 475.
Constantinopolitanum damnat Pet. Fullonem et Acacium. 478.
Carthaginense Generale dat Hunerico rationem fidei. 484.
Romana contra Fullonem et Acacium. 484. 485.
Romanum de lapsis recipiendis. 487.
Lugdunense recipit Lucidi retractationem 490.
Romanum, decretum Gelasii de libris. 494.
Romanum contra ambitum in electione Pontificis. 499.
Romanum pro restituenda Ecclesiae pace mitigat Laurentium Antipapam. 500.

SAECULO VI.

Romanum, *Palmare*, in causa Symmachi. 501.
Romanum de rebus Ecclesiae conservandis. 502.
Romanum probat apolog. Symmachi et pr. acta. 503.
Romanum contra invasores rerum Ecclesiae. 504.
Constantinopolitanum, Tyr. Hierosol. recipit Chalcedonense. 518.
Romanum conciliatur cum Constantinopolitano. *eod.*
Tornacense, contra Haeret. varios. 520.
Carthaginense renovat plures Canones. 525.
Arausicanum, Decr. 25. contra Semipelagian. 529.
Valentinum in Gallia contra Semipelagianos. 530.
Romanum de appellatione Illyrici Romam. 531.
Constantinopolitanum, collation. Catholicos inter et Severianos. 532.
Romanum contra Acoemetas. *eod.*
Carthaginense, Can. de monasteriis. 534.
Constantinopolitanum damnat Acephalos. 536.
Hierosolymitanum idem. *eod.*
Constantinopolitanum probat edictum Iustiniani. 543.
Constantinopolitanum rumpitur per damnationem 3 Capitulorum. 546.
Constantinopolitanum, Vigilii Iudicatum. 548.
Tullense, pro Nicetio Trevirensi. 550.
Mopsuestenum circa tria Capitula. *eod.*
Hierosolymitanum et Aquileiense recipit praecedens. *eod.*
Landavensia 3. excommunicant illustres homicidas. 560.
Lucense in Hispania dividit dioeceses. 569.

Toletanum, Decr. 23 contra Arianos, Can. 23. 589.
Hispanum de receptione Generalis V. 590.

SAECULO VII.

Wigorniense de Paschate, Baptismo et Praedicatione. 601.
Romanum pro Monachorum Sacerdotio. 610.
Egarense confirmat Can. 2. Toletani. 614.
Matisconense probat regulam S. Columbani. 627.
Toletanum IV., Can. 75., statuit additamentum *Filioque*. 633.
Hierosolymitanum, epist. Sophronii de 2. voluntatibus. 634.
Toletanum IX. pro auctoritate Regia. 636.
Constantinopolitanum confirmat Ecthesin Heraclii. 639.
Romanum damnat eamdem. 640.
Cabillonense, Can. 20 cum profess. fidei. 644.
Africana aliquot contra Monothelitas. 646.
Romanum damnat Paulum et Pyrrhum. 648.
Lateranense sub Martino damnat Monothelitas. 649.
Pharensis collatio de Paschate et rebus Eccles. 664.
Hudfeldicum recipit 5 Concilia generalia. 679.
Romanum de rebus Ecclesiae Britanniae. *eod.*
Mediolanense et Romanum contra Monothelitas. 680.
Toletanum recipit Gener. VI. et Can. 12. 684.
Toletanum XV. explicat substantias in Christo. 688.
Trullanum seu Quinisextum, Can. 102. 692.
Becanceldense de immunitate Ecclesiae. 694.
Aquileiense contra damnationem 3. Capitul. 698.

SAECULO VIII.

Romanum absolvit Wilfridum, non confirm. Can. Trullanos. 709.
Constantinopolitana pro et *contra* Generale VI. 712.
Romana 3. in causa Imaginum. 726-730-731.
Liptinense, Can. 4. cum Indic. superstitionum. 743.
Germanicum damnat Aldebertum et Clementem. 745.
Romanum damnat eosdem et prioris scripta. 745.
Germanicum, statuta 35. S. Bonifacii. 747.
Constantinopolitanum contra cultum Imaginum. 754.
Attiniacense, pactum precum pro defunctis. 765.

Gentiliacense de Processione Spir. S. et cultu Imag. 767.
Romanum contra Iconomachos et violatores Sedis Rom. 769.
Antiochenum pro cultu Imaginum. 781.
Constantinopolitanum ab Iconoclastis disruptum. 789.
Foroiuliense, Symbolum., Can. 14. 791.
Narbonense pro filiatione Dei naturali. *eod.*
Ratisbonense, pro eadem. 792.
Francofordiense pro eadem contra Felicem. 794.
Finchallense recipit CC. gen. 5., decr. de Paschate. 798.
Becanceldense, Can. de Ecclesiast. immunitate. *eod.*
Romanum damnat Felicis haeresin et epistolas. 796.
Aquisgranense, Felicem resipiscentem recipit. *eod.*
Cloveshoviense Profess. fidei, contra usurpatores. 800.
Plura pro capitularibus Franc. hoc et seq. seculo.

SAECULO IX.

Ratisbonense de Chorepiscopis. 803.
Cloveshoviense renovat anath. cont. usurpatores. *eod.*
Salisburgense de decimis. 807.
Aquisgranense de processione Spiritus S. 809.
Romanum de additione Symboli *Filioque.* 809.
Constantinopolitanum contra Antonium Iconomachum, Can. 17. 814.
Constantinopolitanum Iconoclastarum. 815.
Aquisgranense, Institut. Canonic. et Monialium. 816.
Aquisgranense, Institut. Regularium. 817.
Choveshoviense de Eccl. et vita regular. 822.
Compendiense contra abusum rerum sacrarum. 823.
Parisiense de Imaginibus. 824.
Ingelheimense contra raptores. 826.
Compendiense exauctorat Ludovicum Pium. 833.
S. Dionysianum restituit eumdem. 834.
Constantinopolitanum contra Nicolaum Pontificem. 842.
Britannicum et Romanum de ordin. simoniaca. 848.
Moguntinum damnat Gotteschalcum. *eod.*
Carisiacum, Decr. 4. damnat eumdem. 849.
Cordubense prohibet martyrium 852.
Valentinum in Gallia de Praedestinatione, Can. 23. 855.
Carisiacum pro reformandis moribus. 857.
Constantinopolitanum ejecto Ignatio inaugurat Photium. *eod.*
Aquisgranense duplex in causa Theutbergae. 860.

Constantinopolitanum confirmat gesta Photii. 861.
Romanum, Decr. 2. contra Theopaschitas. 862.
Aquisgranense probat coniugium Waldradae. *eod.*
Sylvanectense, pro Hincmaro contra Rothadum. 863.
Metense probat coniugium Waldradae. *eod.*
Romanum rescindit acta prioris. 863.
Romanum rescindit acta Sylvanectensis 865.
Suessionense in causa Ulfadi. 866.
Tricassinum, in causa depositionis. 867.
Romanum damnat Photium et eius volumen. 868.
Wormatiense, Profess. et Can. 80. *eod.*
Vermeriense in causa Hincmari Laudunensis. 869.
Attiniacense et Duziacense in eadem causa. 870. 871.
Coloniense de Beneficiis Ecclesiasticis. 873.
Duziacense contra incestuosos et raptores. *eod.*
Ravennense in causa Patriarchae Aquileiensis. 874.
Romanum pro restituendo Photio. 879.
Constantinopolitanum contra Conc. Oecum. VIII. *eod.*
Romanum contra Formosum. 897.
Romanum rescindit acta contra Formosum. 898.
Ravennense repetit prius et Can. 12. *eod.*

SAECULO X.

Romana Antipaparum. 963. 964
Romanum pro Papa 964.
Anglicum promovet Monachatum. 969.
Calnense contra Monachos 978.
Romanum contra Simoniacos. 983.
Romanum pro Canonizatione S. Udalrici. 993.

SAECULO XI.

Gallicana de Ritibus Eccles. 1002.
Francofordiense erigit Episcopat. Bambergens. 1006.
Anhamense, edit Can. 32. 1009.
Legionense, Can. 7. 1012.
Ticinense, Can. totidem. *eod.*
Aurelianense damnat Lisoium et Heribertum. 1017.

Seligenstadianum, Can. 20. 1022.
Atrebatense contra Sacramentarios. 1025.
Karrofense contra Manichaeorum haeresin. 1028.
Bituricense, Can. 25. 1031.
Lemovicense, de Apost. S. Martialis et disciplin. *eod.*
Caesenatense Dioeces. Instit. Clericorum in communi vivent. 1042.
Romanum dat Ravennensi secundum locum. 1046.
Romanum contra Simoniacos. 1047.
Romanum contra eosdem. 1049.
Remense, Can. 12. *eod.*
Moguntinum contra Simoniam et vitia Cleri. *eod.*
Rothomagense, Can. 19. 1050.
Romanum, Brionense, et Parisiense damnant doctr. Berengarii. *eod.*
Vercellense damnat idem et Ioannis Scoti librum. *eod.*
Coyacense, edit Can. 13. *eod.*
Turonense recipit Berengarium resipiscentem. 1055.
Tolosanum, edit Can. 13. 1056.
Compostellanum, Can. 4. *eod.*
Romanum Can. 13. 1059.
Turonense, Can. 10. 1060.
Viennense in Delphinatu, Can. 4. *eod.*
Iaccetanum ritus Gothicos in Romanos mutat. *eod.*
Osborniense contra Cadolaum Antipapam. 1062.
Romanum, Can. 12., contra Simoniacos. 1063.
Mantuanum contra Cadolaum. 1064.
Romana 2. contra haeresin incestuosorum. 1065.
Hispanica plura pro mutatione ritus. 1068.
Gerundense, Can. 14. *eod.*
Moguntinum de divortio Henrici IV. 1069.
Rothomagense, Can. 24. *eod.*
Erfordiense dividit decimationes illicite. 1074.
Rothomagense, Can. 22. *eod.*
Romanum, Can. 24. 1074.
Moguntinum contra Concubinarios impeditur. 1075.
Londinense Canones plures renovat. *eod.*
Wormatiense deponere Greg. VII. tentat. 1076.
Romanum excom. Imperat. et Episc. Germaniae. *eod.*
Ticinense excommunicat Pontificem. *eod.*
Pictaviense, Can. 10. 1078.
Romanum, Can. 12. extantes. *eod.*
Gerundense, Can. 13. *eod.*
Romanum recipit Berengarium quarto red. 1079.
Romanum modificat Investituras. 1080.

Moguntinum et Brixiense Guibertum Antipapam creant. 1080.
Iuliobonense, Can. 13. 1080.
Burgense confirmat mutationem rituum in Hispania. *eod.*
Romanum excom. Antipapam et Imperatorem. 1084.
Quiniliburgense contra Henricianos, et Can. 8. 1085.
Troianum contra matrimonia consanguineorum. 1089.
Amalphitanum, Can. 16. *eod.*
Tolosanum contra diversos abusus. 1090.
Beneventanum, Can. 4. 1091.
Suessionense contra Roscelinum. 1092.
Anglicanum ius Primatis et Metropol. dirimit. 1093.
Constantiense, pro reform. disciplinae. 1094.
Eduense contra Philippi Regis Franciae incestum. *eod.*
Placentinum, Can. 15. 1095.
Claromontanum, Can. 32. *eod.*
Rothomagense, Can. 6. 1096.
Turonense pro Expeditione Hierosolymit. *eod.*
Santonense, ieiunium in vigilia Apostol. *eod.*
Nemausense, edit Can. 16. *eod.*
Barense pro conciliandis Graecis et Latinis. 1097.
Romanum, Can. 18. Expedit. Hieros. excom. Schism. 1099.
Audomarense, Can. 5. *eod.*
Pictaviense, Can. 16. 1100.

SAECULO XII.

Lateranense damnat Schisma Henricianum 1101.
Florentinum contra opinionem de Adventu Antichristi. 1105.
Northusanum damn. haer., ordinat ieiunia. *eod.*
Guastallense conciliat Schism., limitat Investit. 1106.
Londinense prohibet Investituras Laicorum. 1107.
Trecense contra Simoniam et investituras. 1107.
Londinense, edit Can. 10. 1108.
Beneventanum contra Investituras Laicorum. *eod.*
Lateranense revoc. privil., excom. Henric. V. 1111.
Ansanum de fide et Investituris. 1112.
Bellovacense, Can. varios. renovat. 1114.
Remense, Suession. Coloni. Catalaunum excom. Henric. 1115.
Lateranense confirmat acta Lateranensis, dat. Indulg. 1116.
Tolosanum de Exped. contra Saracen. in Hispan. 1118.
Capuanum, Coloniense, Fridslariense excom. Henricum. *eod.*
Tolosanum, Can. 10. 1119.

Remense, Can. 5. *eod.*
Rothomagense prohibet Clericis consortium foemin. *eod.*
Beneventanum contra praedones. *eod.*
Samaritanum pro reformatione morum. 1120.
Suessionense damnat Petrum Abailardum. 1121.
Wormatiense de concord. Sacerd. et Imperii. 1122.
Nannetense de rebus discipl. 1127.
r ecense, Institut. Templariorum. 1128.
Londinense prohibet Sacerdotum focarias. 1129.
Tolosanum, Can. 17. de inquirendis haereticis. *eod.*
Aniciense, Claromontanum, Stampense contra Antip. 1130.
Remense contra eumdem et Can. 17. 1131.
Placentinum et Pisanum contra eumdem. 1132. 1134.
Hierosolymitanum de fide cum Armenis. 1136.
Wintoniense, pro immunit. Eccles. *eod.*
Senonense, contra Petrum Abailardum. 1140.
Hierosolymitanum contra errores Armenorum. 1143.
Vizeliacum pro Expeditione contra Turcas. 1146.
Carnotense pro Expedit. Hierosol. 1146.
Parisiense contra Gilbertum Porretanum. 1147.
Remense. Symbol. contra asserta Gilberti, Can. 18. 1148.
Balgentiacense de divortio Ludovici et Eleonorae. 1151.
Anagniense excom. Fridericum I. 1160.
Ticinense pro Victore Antipapa. *eod.*
Bellovacense et Tolosanum pro Alexand. III. Papa. 1161.
Turonense excom. Victorem, Can. 10. 1163.
Herbipolense pro Paschali Antipapa. 1166.
Lateranense excom. et deponit Fridericum. 1168.
Parisiense damn. errorem Petri Lombardi. 1170.
Lumbariense contra haeret. boni homines, dictos. 1176.
Venetum reconcil. Pap. et Imp., depon. Antip. 1177.
Veronense reconc. ordinatos ab Antipapa. 1184.
Aquileiense contra incendiarios et sacrilegos. *eod.*
Parisiense pro Expeditione contra Turcas. 1185.
Gisortense signat cruce Reges. 1188.
Anglicum pro cruce capienda. *eod.*
Parisiense et Lanciense, decimas pro Exped. Hierosol. *eod.*
Monspesulanum contra Albigenses et de disciplina. *eod.*
Parisiense de divortio Philippi et Ingelburgae. 1196.
Lanciciense de continentia Sacerdotum. 1197.
Senonense contra haeresin Popullicianam. 1198.
Divionense et Viennense contra matrim. Philippi. 1199.

SAECULO XIII.

Parisiense damnat Evraudum haereticum.	1201.
Scoticum de observatione Dominicae.	*eod.*
Narbonense pro conversione Albigensium.	1208.
Parisiense contra errores Amalrici, et libros varios.	*eod.*
Montispessulanum, Can. 46.	1215.
Melodunense de iurisdictione Ecclesiastica.	1225.
Bituricense negat postulata de praebendis.	*eod.*
Romanum excommunicat Fridericum.	1227.
Tarraconense de divortio Iacobi et Eleonorae.	*eod.*
Nymphaeanum de concord. Graecor. et Latinorum.	1233.
Moguntinum absolvit Stadingos Haereticos.	1235.
Remense et Compendiense pro monendo Rege.	*eod.*
Tarraconense contra Waldenses.	1242.
Othoniense contra hostes Eccles. et caeremon.	1245.
Biterrense, Can. 46 et Cap. 37. de inquirend. haeretic.	1246.
Uratislaviense, dat 5^{tam} partem redituum.	1248.
Biterrense de subsidio belli contra haereticos.	1255.
Danicum, Can. 4 pro securitate Episcop.	1257.
Ravennense defend. Religiosos cont. calumnias.	1259.
Lambethense plura sancit pro disciplina Eccles.	1261.
Anglica et Germanica contra incursus Tartaror.	*eod.*
Parisiense dat centesimam pro Expedit. Hierosolym.	1263.
Parisiense contra blasphemos.	1264.
Audomarense contra negotiatores Clericos.	1267.
Claromontanum, collection. Canonum.	1268.
Compendiense contra usurpatores bonorum Eccl.	1270.
Constantinopolitanum agnoscit Primatum Romani Pont.	1277.
Auscense et Biterrense pro libertate Eccles.	1279.
Constantinopolitanum pro Process. Spiritus S. ex PP.	1280.
Salisburgense de coniunctione ordin. Equestr.	1291.
Melodunense pro discipl. Eccl. reformanda.	1300.

SAECULO XIV.

Parisiense de lite inter Bonif. VIII et Philip.	1302.
Romanum de eadem.	*eod.*
Salisburgense de decimis et Stat. poenalibus.	1310.
Ravennense in causa Templariorum.	*eod.*

Salmanticense et Moguntinum in eadem causa. *eod.*
Coloniense edit statuta an. 1266. facta. 1322.
Complutense et Roffiacense, utrinque Can. 2. 1327.
Avenionense contra Antipapam et eius errorem. 1327.
Machfeldense de festis et disciplina. 1332.
Nicosiense, Profession. et Can. 8. 1340.
Constantinopolitanum pro haeresi Palamitarum. 1341.
Anglicum contra captantes beneficia non vacantia. *eod.*
Palamitarum contra Barlaam et Acyndinum. 1350.
Machfeldense de Festis celebrandis. 1362.
Londinense damnat haeresin Wicleffi. 1382.
Parisiense ad componendum Schisma. 1394.
Londinense contra errores Wicleffi. 1396.

SAECULO XV.

Parisiense, Art. 8. pro exemptis temp. schismat. 1404.
Pragense contra schismaticos. 1405.
Parisiense de tollendo schismate. 1408.
Aquileiense pro tollendo schismate. 1409.
Perpinianense pro Antipapa Benedicto. *eod.*
Romanum contra Hussitas. 1412.
Londinense contra Wicleffi sectatores. 1413.
Ticinense et Senense pro unitate Graecorum. 1423.
Hafniense, pro reform. et disciplina. 1425.
Bituricense de sanctione pragmatica. *eod.*
Francofordiense eligit neutralitatem. *eod.*
Lausanense agnoscit Nicol. V, tollit schisma. 1449.
Coloniense recipit statuta Legati Pontificii. 1452.
Suessionense canones plures renovat. 1456.
Avenionense, praeter alia, confirmat opinionem piam de Immaculata Conceptione. 1457.
Mantuanum pro bello contra Turcas. 1459.
Eboracense pro reformatione disciplinae. 1467.
Senonense Canones collectos renovat. 1485.

SAECULO XVI.

Turonense pro Rege contra Pontificem. 1510.
Pisanum et Mediolanense pro Imperatore contra eumdem. 1511.
Bituricense Decr. 23 contra Lutherum Can. 7. 1528.

Parisiense, alias *Senonense*, contra eumdem, Decr. 16. Can. 40. *eod.*
Piscianense, Professionem et Canones. 1561.
Mediolanense I sub S. Carolo Borromaeo, Decr. et Can. Part. 3. 1565.
Toletanum Symbolum et Canones. 1566.
Mediolanense II Decr. et Can. Titul. 3. 1569.
Memphiticum pro conversione Cophtorum. 1582.
Remense, Professionem et Can. Tit. 29. 1583.
Burdigalense, Professionem et Can. Tit. 75. *eod.*
Cameracense, Decr. et Can. Tit. 24. 1586.
Tolosanum, Decr. et Can. Part. 4. 1590.
Diamperiense in Provincia Goana contra haeresin et abusus. 1599.

SAECULO XVII.

Senonense damnat librum Richerii. 1612.
Aquense damnat eumdem. *eod.*
Dordrechtanum Calvinistarum contra Arminianos. 1618.
Constantinopolitanum contra Calvini dogmata. 1642.
Hierosolymitanum contra eadem. 1672.

SAECULO XVIII.

Romanum exponit et auget ius sacrum. 1725.
Avenionense Romani exemplar imitatur. *eod.*
Ebredunense, suspendit Senecensem Episc. Decreta de Constitutionibus Apostolicis. 1727.
Maronitarum pro reform. disciplinae. 1738.
Pistoriense reprobatum Bulla « auctorem fidei ». 1786.
Parisiense schismaticorum. 1797.
Parisiense Schismaticorum ad provisionem sedium vacantium [1]. 1811.

1 Legitimorum Conciliorum dudum interruptam, seriem praeter Baltimorensis plurima, concilia Wirceburgense, Gallicana, et novissime Hibernicum instaurarunt.

INDEX

Chronotaxis Romanorum Pontificum per annos digesta quibus Pontificatum iniere . . . . . pag. 2
Conspectus Conciliorum generalium . . . . . » 14
Editiones praecipuae textus originalis Veteris Testamenti. . » 16
Editiones praecipuae textus Graeci novi Testamenti. . . . » 18
Versiones praecipuae SS. Scripturarum. . . . . . » 20
Biblia Polyglotta . . . . . » 24
Gentes Christo adiunctae. . . . . . » 26
Patres ac praecipui Scriptores Ecclesiastici . . . . . » 28
Haeretici et schismatici . . . . . » 134
Collectiones praecipuae Iuris canonici . . . . . » 158
Concilia particularia . . . . . » 168

INDEX ALPHABETICUS

A

Abaelardus Petrus haeret. pag. 146
Ab Annunciatione Ioann. » 120
Ab Ingen Marsilius » 80
Abucara Theodorus » 66
Acacianum Schisma » 142
Acca Monach. Anglus » 64
Acephali haeretici » 142
Adamitae » 137
Adamitae novi haeretici » 154
Adelelmus Ep. Schirburn. » 60
Adiaphoristae haeretici » 153
Adrianus II. R. P. » 64
Aegidius Romanus » 76
Aegidius de Columna — vide Aegidius Romanus »
Aerius haeret. » 141
Aetiani haeret. » 140
Agelli Antonius » 96
Agnoetae haeretici » 143
Agobardus Arch. Lugd. » 64
Agricola Ioann. haeret. » 151
Agrippa Castor » 31
A Iesu Liberius » 123
Alanus ab Insulis » 72
A Lapide Cornelius » 102
Albanenses Manich. » 144
Albertus (B.) Magnus » 72
Albigenses haeretici » 147
Albitius Card. Franciscus » 119
Alcuinus — vide Flaccus Alcuinus. »
Alexander Ep. Alex. » 36
Alexander Natalis » 124
Allacci — vide Allatius »
Allatius Leo » 114
Alliacensis Card. Petrus » 80
Almainus Iacobus » 87
Alogi haeretici » 138
Altaserra Dadinus » 111
Alvarez Didacus » 101
Alvarus Pelagius » 78
Amaltricus haeret. » 147
A Matre Dei Antonius » 103
Ambrosius Camaldulensis. » 80
Ambrosius (S.) Ep. Mediol. » 41
Amicus Franciscus » 105
Amort Eusebius » 119
Amphilochius (S.) Ep. Icon. » 45
Amulo Arch. Lugd. » 67
Anabaptistae haeretici » 151
Anastasius Benedictus » 66
Anastasius Bibl. pag 66
Anastasius Antioch. » 60
Anastasius Iunior. » 60
Anastasius Abbas Palaestinus » 64
Anatolius (S.) Alex. » 35
Anconitanus Ioann. — vide Triumphus »
Andreas (S.) Cretensis » 62
Andreae Iacobus haeret. » 151
Angelici » 139
Angles Ioseph » 90
Annatus Franciscus » 111
Anonymus auctor epistolae ad Dionetum » 29
Anonymus auctor Philosophumenon » 33
Anonymus Auctor Evangelii aeterni haereticus » 148
Anselmus (S.) Arch. Cantuar. » 69
Anthropomorphitae » 145
Anthropomorphitae » 140
Antilaitae » 137
Anti-Trinitarii haeret. » 151
Antiochus Mon. Palaestinus » 62
Antissiodorensis Remigius » 67
Antoninus (S.) Ep. Florent. » 83
Apelles haeret. » 136
Apollinaris (S.) Ep. Hierap. » 30
Apollinaris Sidonius » 56
Apollinarius haeret. » 140
Apollinarius (S.) Sen. Rom. » 31
Apollonius » 31
Appion. » 33
Apostolici » 139
Apostolici haeretici » 147
Arabes » 139
Arabianus » 33
Archelaus (S.) Ep. Casch. » 36
Archontici » 138
Argentinus Thomas » 79
Arias Montanus Benedictus » 95
Aristides (S.) » 30
Arius haeresiarcha » 140
Arminiani haeretici » 153
Arnaldus Brix. haeret. » 146
Arnaldus Antonius » 154
Arnobius Sen. » 36
Arnobius Iun. » 55
Arnulphus Ep. Luxov. » 71
Arouet De Voltaire Franciscus » 156
Artemon haeret. » 138
A S. Amore Guillelmus haeret. » 147
A S. Fide Hieronimus » 84
Asterius Amasiae Ep. » 47

Assemani Ioseph Simon . . . . pag. 125
Assemani Steph. Evodius. . . . . » 130
Assemani Ioseph Aloysius . . . . » 130
A S. Thoma Ioannes . . . . . » 103
A SS. Trinitate Philippus. . . . . » 112
A SS. Trinitate Dominicus . . . . » 117
A S. Victore Hugo . . . . . » 71
A S. Victore Richardus . . . . . » 71
Athanasius (S.) Ep. Alex. . . . . » 37
Athenagoras . . . . . » 31
Atto Vercell. . . . . » 66
Audeus haeret. . . . . » 140
Audiani . . . . . » 140
Augustinus (S.) Ep. . . . . » 51
Augustinus Antonius Arch. Tarracon. » 92
Aureolus Petrus . . . . . » 77
Autpertus Ambrosius . . . . . » 64
Avitus (S.) Viennen. . . . . » 57
A Verceno Gabriel . . . . . » 129
A Villanova Rinaldus haeret. . . . » 148
Azor Ioann. . . . . » 96
Azpilcueta Martinus . . . . . » 92

B

Baconus Ioann. . . . . » 78
Baelius Petrus manichaeus . . . . » 157
Bajani haeretici . . . . . » 152
Baldellus Nicolaus . . . . . » 119
Ballerini Hieronymus . . . . . » 127
Ballerini Petrus . . . . . » 127
Baluzius Stephanus . . . . . » 123
Bannez Dominicus . . . . . » 96
Barbosa Augustinus. . . . . » 104
Bardesanes . . . . . » 138
Barnabas (S.) Ap. . . . . » 28
Baronius Card. Caesar. . . . . » 96
Baronius Vincentius . . . . . » 119
Barugi Petrus. . . . . » 133
Basilius (S.) Caes. . . . . » 40
Basilius (S.) Seleucen. . . . . » 55
Basilides haeret. . . . . » 136
Bassaeus Eligius . . . . . » 119
Bassolius Ioann. . . . . » 78
Bayle Petrus . . . . . » 156
Becanus Martinus. . . . . » 99
Beda — vide Ven. Beda . . . . . »
Begnudelli Basso Antonius . . . . » 133
Beguardi et Beguinae haeret. . . . » 148
Bellarminus Card. Robertus . . . . » 98
Bellovacensis Vincentius . . . . . » 73
Benedictus XIV — vide Lambertini . »
Berengarius haeret. . . . . » 146
Bergier Nicolaus . . . . . » 128
Berillus haeret. . . . . » 139
Bernal Augustinus . . . . . » 119
Bernardinus (S.) Senensis. . . . . » 82
Bernardus (S.) . . . . . » 69
Berti Laurentius . . . . . » 129
Bertrandus Petrus . . . . . » 78
Bessarion Card. . . . . » 83
Beza Theodorus haeret. . . . . » 152
Bianchi Ioan. Antonius. . . . . » 128
Biel Gabriel. . . . . » 85
Billuart Carolus Renatus . . . . » 125
Blanchinius Franciscus. . . . . » 125
Blastus haeret . . . . . » 138
Blesensis Petrus . . . . . » 71
Blissons . . . . . » 133
Boethius . . . . . » 57
Bogomili haeretici . . . . . » 146
Bollandus Ioannes . . . . . » 111
Bolgeni Ioann. Vinc. . . . . » 132
Bona Ioannes . . . . . » 113
Bonacina Martinus . . . . . » 119
Bonaventura (S.) . . . . . » 74
Bonfrerius Iacobus . . . . . » 103
Bonifacius (S.) Ep. Mog. . . . . pag. 63
Bonosiaci haeret. . . . . » 141
Bossuet Iacobus Benignus . . . . » 120
Boucat Antonius . . . . . » 133
Bradwardin Thomas. . . . . » 79
Brancatius Laurentius de Lauria . . » 118
Braschi Ioann. Bapt. . . . . » 133
Brentius Ioann. haeret. . . . . » 151
Brugensis Franciscus Lucas . . . . » 95
Brulifer Stephanus . . . . . » 85
Bruno (S.) Carth. . . . . » 69
Bucerus Martinus haeret. . . . . » 151
Burchardus Ep. Wormat. . . . . » 68
Burgensis Paulus . . . . . » 82
Busembaum Hermannus . . . . . » 112
Byzantinus Leontius. . . . . » 50-67

C

Cabasutius Ioann . . . . . » 119
Caelestius haeret. . . . . » 141
Caesarius Ep. Arelaten. . . . . » 57
Caesenas Michael haeret. . . . . » 148
Caietanus Card. Thomas . . . . . » 87
Caius . . . . . » 33
Cainitae-Quintilla . . . . . » 137
Calixtini haeret. . . . . » 149
Calmet Augustinus . . . . . » 124
Calviniani haeret. . . . . » 151
Candidus . . . . . » 33
Canisius B. Petrus . . . . . » 93
Cantor Aegydius haeret. . . . . » 150
Cantipratensis Thomas . . . . . » 75
Canus Melchior . . . . . » 88
Capponi Seraphinus . . . . . » 97
Capreolus Ioannes . . . . . » 81
Caramuel — vide De Lobkowitz . . »
Cardenas Ioann. . . . . » 111
Carlostadius Andreas haeret. . . . » 151
Carnotensis Arnoldus . . . . . » 71
Carolus (S.) Borromeus Card. . . . » 91
Carthusianus Dionysius . . . . . » 83
Casal Gaspar . . . . . » 92
Cassianus Ioann. . . . . » 52
Cassiodorus. . . . . » 58
Castellani Albertus . . . . . » 133
Castello Sebastianus haeret. . . . » 153
Cataphryges . . . . . » 137
Catharinus Ambrosius . . . . . » 88
Cathari haeretici . . . . . » 147
Ceccus Ascul. haeret. . . . . » 149
Cerdo haeret. . . . . » 136
Cerinthus. . . . . » 135
Chemnitius haeret. . . . . » 151
Chifflet Petrus Franciscus . . . . » 111
Chiliastae . . . . . » 135
Chiliastae . . . . . » 139
Christolytae haeret. . . . . » 144
Chrodegantus Ep. Metensis . . . . » 64
Chrysologus — vide S. Petrus Chrysol.
Chrysomatus haeret. . . . . » 147
Ciaconus Petrus . . . . . » 90
Ciampini Ioann. Iustinus . . . . . » 119
Cichovius Nicolaus . . . . . » 110
Circumcelliones . . . . . » 139
Clarkius Samuel. . . . . » 157
Claudius Taurin. Ep. haeret. . . . » 145
Clemens Scotus haeret. . . . . » 144
Clemens (S.) I. R. P. . . . . » 29
Clemens (S.) Alex. . . . . » 31
Cluniacensis Odo . . . . . » 68
Cocceiani haeretici . . . . . » 155
Cochlaeus Ioann. . . . . » 88
Colarbasus haeret. . . . . » 136
Collinus haeret. . . . . » 157
Collutus haeret. . . . . » 140
Collyridiani haeret. . . . . » 140
Combefisius Franciscus. . . . . » 114

Comestor Petrus . . . . . pag. 71
Comitolus Paulus . . . . . » 100
Commenus Andronicus . . . . . » 71
Coninck Aegidius . . . . . » 101
Conradus Pyrrhus . . . . . » 119
Constantini Baptismum . . . . . » 4
Constantinus Copronym. haeret. . . » 144
Contensonius Vincentius . . . . . » 119
Corrupticolae haeretici . . . . . » 143
Cosmas Ep. Maiumen. . . . . » 64
Cossart Gabriel . . . . . » 113
Cotelerius Ioan. Bapt. . . . . » 116
Cresconius Ep. Afer. . . . . » 62
Cromwellus Oliverius haeret. . . . » 152
Cruciatae expeditiones . . . . . » 11
Cusanus Card. Nicolaus . . . . . » 83
Cummianus . . . . . » 62
Cuthbertus . . . . . » 64
Cyprianus (S.) Ep. M. . . . . » 35
Cyrillus (S.) Hieros. . . . . » 38
Cyrillus (S.) Ep. Alex. . . . . » 49
Cyrus Alex. Ep. haeresiarcha . . . » 144

D

D' Acherri Lucas . . . . . » 111
D' Alassy — vide Allatius Leo . . .
Damasus (S.) R. P. . . . . » 41
Damiani — vide S. Petrus Damiani . »
Davy Du Perron Iacobus . . . . . » 98
De Aranda Philippus . . . . . » 118
De Arauxo Franciscus . . . . . » 111
De Arriaga Rodericus . . . . . » 112
De Belenburg Lupoldus . . . . . » 79
De-Boulainvilliers Henricus . . . . » 156
De Castropalao Ferdinandus . . . . » 101
De Champs Stephanus . . . . . » 120
De Clavasio Angelus . . . . . » 86
De Clemangis Nicolaus. . . . . » 81
De Escobar et Mendoza Antonius . . » 115
De Estella Eudo haeret. . . . . » 147
De Geldern Eugenius . . . . . » 154
De Godoy Petrus. . . . . » 110
De Hildenissen Wilhelmus haeret. . » 150
De Hontheim Nicolaus Ep. Myriophit. » 157
Deistae . . . . . » 157
De Ianduno Ioann. haeret. . . . . » 148
De Iena Lodovicus . . . . . » 98
De Iustis Vincentius. . . . . » 119
De Lemos Thomas . . . . . » 100
De Lezana Ioann. Bap. . . . . » 110
De Ligorio S. Alphonsus . . . . . » 131
De Lobkowitz Ioann. . . . . » 119
De Luca Joann. Bapt. . . . . » 116
De Lugo Card. Ioann. . . . . » 107
De Magistris Simon . . . . . » 130
De Manentibus Carolus Antonius . . » 133
De Marca Petrus . . . . . » 108
De Monacho Franciscus Maria . . . » 110
De Montfaucon Bernardus. . . . . » 126
De Muis Simeon . . . . . » 103
De Niem Theodoricus . . . . . » 81
De Osma Petrus haeret. . . . . » 150
De Paiva de Andrada Didacus . . . » 89
De Palacios Michael. . . . . » 93
De Perpiniano Guido . . . . . » 78
De Pineda Ioannes . . . . . » 102
De Praga Hieronym. haeret. . . . » 150
De Rocaberti Joann. Thomas . . . » 119
De Roma Augustiuus haeret. . . . » 150
De Rossi Bernardus . . . . . » 131
De Rubeis Leonardus . . . . . » 81
De S. Amore Lodovicus . . . . . » 154
De S. Epidio Alexander . . . . . » 78
De Tudeschis Nicolaus . . . . . » 83
De Valentia Gregorius . . . . . » 95
De Valois Henricus . . . . . » 113
De Victoria Franciscus. . . . . » 88
De Vitriaco Card. . . . . pag. 72
De Wesalia Ioann. haeret. . . . . » 150
De Witte Aegydius . . . . . » 154
Diana Antoninus . . . . . » 109
Diandus David haeret. . . . . » 147
Dicastillus Ioann. . . . . » 119
Diderot Dionysius . . . . . » 156
Didymus Alex. . . . . » 45
Dionysius (S.) Areop. . . . . » 28
Dionysius (S.) Ep. Corint. . . . . » 30
Dionysius (S.) Alex. . . . . » 35
Dioscorus haeret. . . . . » 142
Docetae . . . . . » 136
Donatistae . . . . . » 139
Driedo Ioann. . . . . » 88
Drouyn Renatus . . . . . » 126
Du Bois Sylvius — vide Silvius . . »
Ducasse Franciscus . . . . . » 133
Du Fresne Carolus . . . . . » 117
Du Hamel Ioann. Bapt. . . . . » 121
Dulcinus haeret. . . . . » 148
Du Plessis Carolus d' Argentré. . . » 129
Durandus Guillel. Ep. Mimat. . . . » 76
Durandus Iunior . . . . . » 77
Durandus a S. Portiano . . . . . » 78
Durantis Gulielmus Iunior — vide Durandus Iunior. . . . . »

E

Ebion . . . . . » 135
Ebionitae. . . . . » 135
Egbertus Ep. Eborac. . . . . » 64
Eginhardus . . . . . » 66
Elchasaitae . . . . . » 135
Eligius Ep. Noviomensis . . . . . » 62
Elipandus haeret. . . . . » 144
E Mediavilla Richardus . . . . . » 76
Emesenus — vide Eusebius Emesenus. »
Encratitae . . . . . » 137
Engel Lodovicus . . . . . » 113
Ennodius (S.) Tic. . . . . » 58
Ephrem)S.) Syrus . . . . . » 39
Epiphanius (S.). . . . . » 41
Episcopales haeretici . . . . . » 152
Epigonus — vide Praxeas . . . . »
Epiphanes haeret. . . . . » 136
Erasmus Desiderius haeret. . . . . » 153
Erberman Vitus. . . . . » 113
Erigena Ioann. haeret. . . . . » 145
Estius Guilelmus . . . . . » 97
Etherius . . . . . » 64
Ethnophroni haeret. . . . . » 144
Eucherius (S.) Ep. Lugd. . . . . » 55
Eugenius Ep. Carthag. . . . . » 56
Eugyppius Abb. Afric. . . . . » 60
Eulogius (S.) Patr. Alex. . . . . » 59
Eulogius Arch. Toletanus. . . . . » 66
Eunomiani . . . . . » 140
Eusebius Vercell. . . . . » 47
Eusebius Ep. Caesareen. . . . . » 36
Eusebius Emesenus . . . . . » 77
Eustathius (S.) Ep. Ant. . . . . » 37
Eutyches haeresiarcha . . . . . » 142
Evagrius Ponticus . . . . . » 48
Ex Charmes Thomas. . . . . » 129
Exiguus Dionysius . . . . . » 58

F

Faber Ioann. . . . . » 86
Facundus Ep. Hermian. . . . . » 58
Fagnani Prosper . . . . . » 114
Fanatici in Anglia . . . . . » 155
Faure Ioann. Bapt. . . . . » 130
Faustus Reiens. . . . . » 55
Felix Urgellit. haeret. . . . . » 144
Febroniani haeretici. . . . . » 157

Ferrandus Fulgentius . . . . . pag. 59
Ferraris Lucius . . . . . » 129
Ferrariensis Franciscus . . . . . » 87
Fevardentius Franciscus . . . . . » 97
Ficher Ioann. . . . . » 87
Ficinus Marsilius . . . . . » 86
Filliuccius Vincentius . . . . . » 98
Firmianus Lactantius — vide Lactantius . . . . . »
Flaccus Alcuinus . . . . . » 63
Flaccus Matthaeus haeret. . . . . » 151
Flagellantes haeretici . . . . . » 148
Fleury Claudius . . . . . » 126
Flodoardus . . . . . » 67
Florus Mon. . . . . » 64
Florus Diac. Lugd. . . . . » 67
Florinus haeret. . . . . » 138
Folmarus haeret. . . . . » 147
Fontana Ioannes . . . . . » 133
Forer Laurentius . . . . . » 110
Forerius Franciscus . . . . . » 90
Fortunatus Venantius . . . . . » 58
Fossari haeretici . . . . . » 150
Francolinus Baltassar . . . . . » 132
Frank Gaspar . . . . . » 91
Frassen Claudius . . . . . » 122
Fraticelli haeretici . . . . . » 148
Fratres Bohemi haeret. . . . . » 152
Fraxinetus — vide Du Fresne . . . »
Freculphus Ep. Luxovien. . . . . » 67
Fredegarius . . . . . » 64
Fulgentius (S.) Rusp. . . . . » 57

G

Gajanus haeret. . . . . » 143
Gandavensis Henricus . . . . . » 76
Gandulphus haeret. . . . . » 145
Garnerius Ioannes . . . . . » 115
Garcias Nicolaus . . . . . » 119
Gavanti Bartolomaeus . . . . . » 102
Gaudentius (S.) Brix. . . . . » 45
Gelasius (S.) R. P. . . . . » 56
Genebrardus Gilbertus . . . . . » 94
Gennadius Ep. Costantinop. . . . . » 56
Gerberon Gabriel . . . . . » 154
Gerdilius Card. . . . . » 128
Germanus Patr. Constantinop. . . . » 64
Gerson Ioann. . . . . » 80
Georgius David haeret. . . . . » 53
Gillebertus . . . . . » 71
Gnosimachi haeret. . . . . » 144
Gnostici . . . . . » 136
Goar Iacobus . . . . . » 106
Gobat Georgius . . . . . » 119
Goldhagen Hermannus . . . . . » 131
Gonet Ioann. Bapt. . . . . » 115
Gonzalez de Santalla Thyrsus . . . » 121
Gonzalez Tellez Emmanuel . . . . » 110
Gotteschalcus haeret. . . . . » 145
Gotti Card. Vincentius . . . . . » 126
Grabon Fr. Matthaeus haeret. . . . » 150
Granado Iacobus . . . . . » 101
Gratianus Bonon. . . . . » 71
Gravina Dominicus . . . . . » 103
Gravina Ianus Vincentius . . . . » 133
Gregorius Syrac. haeret. . . . . » 145
Gregorius III R. P. . . . . » 61
Gregorius (S.) Magnus . . . . . » 59
Gregorius (S.) Turonen. . . . . » 59
Gregorius (S.) Nissen. . . . . » 43
Gregorius (S.) Thaum. Ep. Neoc. . . » 35
Gregorius (S.) Nazianz. . . . . » 42
Gretserus Iacobus . . . . . » 100
Guido Bernardus . . . . . » 78
Guillelmus Tyrius. . . . . » 71
Guillelmus Parisiensis . . . . . » 73

H

Habert Isaac . . . . . pag. 112
Habert Ludovicus . . . . . » 133
Halensis Alexander. . . . . » 72
Harduinus Ioannes . . . . . » 125
Harphius Henricus . . . . . » 85
Harvengius Philippus . . . . . » 71
Haymo Ep. Halberstadianus . . . . » 67
Hegesippus (S.). . . . . » 30
Helvidius haeret . . . . . » 141
Henricus Tolos. haeret. . . . . » 147
Henriciani haeretici . . . . . » 147
Heraclitus . . . . . » 33
Herembertus . . . . . » 67
Heribertus haeret. . . . . » 145
Hermas . . . . . » 28
Hermias . . . . . » 30
Hermogenes haeret . . . . . » 139
Herrnhuttani haeretici . . . . . » 157
Hervaeus Natalis . . . . . » 78
Hesychius Ep. Hierosol. . . . . » 62
Hieracitae. . . . . » 139
Hieronymus (S.) . . . . . » 44
Hilarius (S.) Pictav . . . . . » 39
Hilarius (S.) Arelat. . . . . » 48
Hincmarus Arch. Remen . . . . . » 64
Hippolytus (S.) Ep. . . . . » 34
Holstenius Lucas . . . . . » 110
Horebitae haeretici . . . . . » 149
Hosius Cordub. Ep. . . . . » 47
Hosius Card. Stanislaus . . . . . » 90
Huet Petrus Daniel. . . . . » 124
Hugo Ep. Rothomag. . . . . » 71
Hugonotti haeret. . . . . » 151
Humbertus Card. . . . . » 68
Hussitae haeretici. . . . . » 149

I

Iconomachi haeret. . . . . » 144
Idelfonsus (S.) Toletanus . . . . » 61
Idiota . . . . . » 80
Ignatius (S.) M. Ep. Antioc. . . . » 29
Illuminati haeretici . . . . . » 155
Incestuosi haeretici . . . . . » 146
Incorrupticolae haeret. . . . . » 143
Independentes haeret. . . . . » 152
Inspiratistae haeretici . . . . . » 154
Interemistae haeretici . . . . . » 153
Irenaeus (S.) Lugd. Ep. . . . . » 31
Isidorus (S.) Pelus. . . . . » 49
Isidorus (S.) Hisp. . . . . » 60
Isidorus (S.) Ep. Pacensis. . . . . » 64

J

Jacobatius Card. Dominicus . . . . » 18
Jacobellus Misniensis haeret. . . . » 150
Jacobitae haeret . . . . . » 144
Jacobus (S.) Nisib. . . . . » 37
Janner Adamus . . . . . » 101
Jansenius Cornel. Ep. Gandav. . . . » 89
Jansenius Cornelius . . . . . » 103
Jansenistae haeretici . . . . . » 153
Joanna Papissa . . . . . » 7
Joannes (S.) Chrysost. . . . . » 45
Joannes (S.) Climacus . . . . . » 59
Joannes Damascenus (S.) . . . . » 62
Joannes (S.) de Capistrano . . . . » 82
Joannes Ep. Darensis . . . . . » 62
Joannes Ep. Thessalon. . . . . » 62
Joannes Duns Scoto . . . . . » 77
Joannes Andreas . . . . . » 79
Josephus Ep. Methonensis . . . . » 82
Jovinianus haeret. . . . . » 141
Julius Africanus . . . . . » 33
Julius Firmicius Maternus . . . . » 47

Julianus Ep. Toletan. . . . . pag. 62
Julianus Eclan. Ep. haeret. . . . . » 141
Julianus Halicarnas. haeret. . . . . » 143
Justinus (S.) M. . . . . » 30
Justinus haeret. . . . . » 134
Justinianus Benedictus . . . . . » 98
Juvencus . . . . . » 47

K

Kedd Iodocus . . . . . » 110
Kercne Simon . . . . . » 132
Koenig Robertus . . . . . » 133
Krantz Albertus . . . . . » 86
Krimer Ferdinandus . . . . . » 132
Kugler Ioannes . . . . . » 132

L

Labatistae haeretici . . . . . » 155
Labbeus Philippus . . . . . » 112
Lacroix Claudius . . . . . » 122
Lactantius . . . . . » 36
Laderchi Iacobus . . . . . » 126
Lambertini Prosper . . . . . » 126
Lamy Bernardus . . . . . » 122
Lanfrancus Arch. Cantuar. . . . . » 69
Latinius Latinus . . . . . » 93
Latomus Iacobus . . . . . » 88
Laurentius (S.) Iustiniani . . . . . » 84
Laymann Paulus . . . . . » 102
Leander (S.) Ep. Hispal. . . . . » 60
Leenhoffius Fridericus . . . . . » 157
Le Long Iacobus . . . . . » 124
Leo (S.) Magnus . . . . . » 55
Leo IV Imp. Iconom. haeret. . . . . » 144
Leo Isaurns haereticus. . . . . » 144
Le Nain de Tillemont Lodov. Sebast. » 119
Le Quien Michael. . . . . » 125
Le Rond D'Alambert Ioann . . . . . » 156
Lessius Leonardus . . . . . » 99
Leythianus auctor. Manich . . . . . » 138
Leys — vide Lessius . . . . . » 145
Leutardus haeret. . . . . » 145
Liberatus Diac. Carthag. . . . . » 60
Liberi Murarii . . . . . » 157
Libertates Gallicauae . . . . . » 155
Libertini . . . . . » 152
Lindanus Guilliel. Damasus . . . . . » 92
Lirinensis — vide S. Vincentius Lirinen » 53
Lisoins Stephanus haeret. . . . . » 145
Lombardus — vide Petrus Lombardus. »
Lordinus Ioannes . . . . . » 101
Lucas Ep. Tudensis . . . . . » 75
Lucifer Calarit. . . . . » 39
Luciferiani . . . . . » 140
Luitprandus . . . . . » 68
Lupus Servatus . . . . . » 66
Lupus Christianus. . . . . » 116
Lutherani haeretici . . . . . » 150
Lyranus Nicolaus . . . . . » 77

M

Machachi Thomas . . . . . » 131
Mabillon Ioann. . . . . » 124
Macarius (S.) Senior. . . . . » 48
Macarius Iunior . . . . . » 48
Macedo Franciscus . . . . . » 109
Macedoniani. . . . . » 140
Maffeius Scipio. . . . . » 124
Mahumetismus . . . . . » 144
Maldonatus Ioann. . . . . » 90
Malafossa Iacobinus. . . . . » 89
Mamachi Thomas M. . . . . » 131
Mamertus Claudianus . . . . . » 56
Manes haeresiarcha . . . . . » 139
Manhart Franciscus Xav. . . . . » 127
Mansi Dominicus . . . . . pag. 129
Marcellus et Marcellinus non duo sed unus Pontifex. . . . . » 4
Marchant Petrus . . . . . » 107
Marcionitae . . . . . » 136
Marcosii . . . . . » 138
Marculfus . . . . . » 62
Mariales Xantes . . . . . » 107
Marius Victorinus. . . . . » 47
Marotte - vide De Muis . . . . .
Marottus Clemens haeret. . . . . » 152
Marracius Ludovicus . . . . . » 119
Marsilius Patav. haeret. . . . . » 149
Martene Edmundus . . . . . » 126
Martianus Ioann. . . . . » 123
Martinez De Ripalda Ioann. . . . . » 104
Martinonus Ioann. . . . . » 100
Martinus Ep. Bracaren. . . . . » 62
Massuetus Renatus . . . . . » 128
Massilienses Semipelagiani . . . . . » 142
Mastrius Bartholomaeus . . . . . » 110
Maternus Iulius Firmicius. . . . . » 37
Mauritius Petrus . . . . . » 71
Maurus Rabanus . . . . . » 65
Maurus Silvester . . . . . » 117
Maximus . . . . . » 31
Maximus . . . . . » 33
Maximus (S.) Taurin. . . . . » 50
Maximus (S.) Abbas. . . . . » 60
Maximilla haeret. . . . . » 137
Mayronus Franciscus . . . . . » 78
Mazzotta Nicolaus . . . . . » 132
Medina Bartholomaeus . . . . . » 88
Melanchton Philippus haeret. . . . . » 151
Meletius haeret. . . . . » 139
Melito Sarden. Ep. . . . . » 31
Menander. . . . . » 135
Menandriani. . . . . » 135
Mendicantes haeretici . . . . . » 150
Mennonistae haeretici . . . . . » 155
Mercator Marius . . . . . » 50
Messaliani haeret. . . . . » 140
Metaphrastes Simeon . . . . . » 67
Metaphoristae haeret. . . . . » 154
Methodius Ep. Iyr. . . . . » 36
Methodius Confessor. . . . . » 66
Michael Caerularius . . . . . » 145
Miltiades. . . . . » 31
Minutius Felix . . . . . » 33
Mira Stephanus . . . . . » 133
Modestus. . . . . » 31
Molina Ludovicus. . . . . » 95
Moneta Cremonensis . . . . . » 72
Monoimus Arabs . . . . . » 137
Monothelitae haeret. . . . . » 143
Montanus - vide Arias Montanus . » 000
Montanus haeresiarca . . . . . » 137
Morcelli Stephanus A. . . . . » 131
Modinus Ioannes . . . . . » 107
Moschus Ioann. . . . . » 62
Moya Matthaeus . . . . . » 119
Mungerus Thomas haeret. . . . . » 151
Muratori Ludovicus . . . . . » 127
Musanus . . . . . » 31

N

Naasseni . . . . . » 134
Naturalistae. . . . . » 157
Navarrus - vide Azpilcueta . . . » 000
Nazarael . . . . . » 135
Nepos haeret. . . . . » 139
Nestorius haeresiarcha. . . . . » 142
Neusser Bruno. . . . . » 119
Nicetas (S.) Aquilei Ep. . . . . » 55
Nicephorus Patr. Constantinop. . . » 66
Nicephorus Callistus. . . . . » 77
Nicolaitae. . . . . » 135

Nider Ioannes . . . . . pag. 82
Nieremberg Ioann. Eusebius . . . . " 107
Nilus (S.). . . . . " 53
Noetus haeret. . . . . " 138
Noghera Ioann. Bapt. . . . . " 132
Norisius Henricus. . . . . " 121
Novatianus . . . . . " 139
Novi Manichaei in Oriente . . . . " 145
Novi Circumcelliones haeretici . . . " 148

O

Ochinus Bernardinus haeret. . . . " 153
Oecolampadius Ioann. haeret. . . . " 151
Oecumenius . . . . . " 68
Ophitae . . . . . " 137
Optatus (S.) Milev. . . . . " 41
Origenes . . . . . " 34
Origenistae haeretici. . . . . " 140
Orosius Paulus. . . . . " 56
Orsi Card. Ioseph. Aug. . . . . " 132
Osiander Andreas haeret. . . . . " 151

P

Pacianus (S.) Barc. . . . . " 42
Pagi Antonius . . . . . " 119
Palamitae haeretici . . . . . " 149
Palladius. . . . . " 56
Palladius Ep. Helenopol. . . . . " 56
Pallavicino Card. Sfortia . . . . " 112
Paludanus Petrus. . . . . " 78
Pamelius Iacobus. . . . . " 93
Pamphilus (S.). . . . . " 36
Panvini Onuphrius . . . . . " 89
Papebrochius Daniel. . . . . " 122
Papias (S.) Ep. Hierap. . . . . " 29
Paramenitae haeretici . . . . . " 144
Paris Matthaeus . . . . . " 73
Parisiensis Guillelm . . . . . " 73
Patareni haeret. . . . . " 147
Patareni haeretici in Italia . . . . " 147
Paterius . . . . . " 62
Patripassiani . . . . . " 138
Pasqualigo Zacharias . . . . . " 111
Pastillarii haeretici . . . . . " 153
Paulinus (S.) Nol. . . . . " 50
Paulinus (S.) Ep. Aquilei. . . . . " 63
Pauliciani manichaei. . . . . " 143
Paulus Diac. Warnefridi filius . . . " 64
Paulus Samosatenus. . . . . " 139
Pelagius haeresiarcha . . . . . " 141
Peratae . . . . . " 134
Perez Antonius. . . . . " 102
Peretius Iacobus . . . . . " 84
Pererius Benedictus. . . . . " 97
Porretanus Gilbertus haeret. . . . " 147
Pereyra — vide Pererius . . . . . "
Petavius Dionysius . . . . . " 106
Petit Ioann. haeret. . . . . " 150
Petra-Sancta Sylvester . . . . . " 110
Petra Card. Vincentius. . . . . " 129
Petrobrusiani haeret. . . . . " 146
Petrus (S.) Alex. . . . . " 36
Petrus (S.) Chrysol. Ep. Rav. . . . " 53
Petrus Siculus . . . . . " 67
Petrus (S.) Damiani . . . . . " 68
Petrus Lombardus Ep. Paris . . . " 71
Petrus Moggus haeret. . . . . " 142
Petrus Fullo haeret. . . . . " 142
Petrus Dresdensis haeret. . . . . " 150
Petrus Martyr haeret. . . . . " 152
Phantasiastae haeretici . . . . . " 143
Philastrius (S.) Ep. Brix. . . . . " 42
Politica Potestas RR. Pontificum . . " 6
Philetus . . . . . " 135
Philippus (S.) Ep. Gort. . . . . " 34
Philostorgius . . . . . " 57
Phoebadius Aginensis Ep. . . . pag. 39
Poebeus Franciscus A. . . . . " 133
Photius Patr. Constantinop. . . . . " 67
Photinus haeret. . . . . " 140
Photius haeresiarcha . . . . . " 145
Picardi . . . . . " 150
Pichler Vitus . . . . . " 127
Picus Mirand. Ioann. . . . . " 86
Pietistae haeretici . . . . . " 153
Pignatelli Iacobus . . . . . " 114
Pinardi — vide Mariales . . . . . "
Pisanus Rainerius . . . . . " 77
Piscatoriani haeretici . . . . . " 154
Pisides Georgius . . . . . " 62
Pirihng Henricus . . . . . " 113
Platelius Iacobus. . . . . " 115
Platina Bartholomaeus. . . . . " 85
Polonus Martinus. . . . . " 74
Polus Cardinalis . . . . . " 88
Polycarpus (S.) Ep. et M. . . . . " 30
Pontas Ioann. . . . . " 132
Pontius Basilius . . . . . " 100
Possevinus Antonius. . . . . " 97
Possidius Ep. Calamens . . . . . " 56
Postellus Gulielmus haeret. . . . . " 153
Praeadamitae haeretici. . . . . " 155
Praedestinatiani haeretici . . . . . " 141
Praxeas sive Epigonus. . . . . " 138
Presbyteriani haeretici. . . . . " 152
Prieras Sylvester . . . . . " 87
Primasius Ep. Adrum . . . . . " 60
Priscilla haeret. . . . . " 137
Priscillianistae haeret. . . . . " 141
Priviterra Franciscus . . . . . " 133
Proclus (S.) Ep. Cyzicenus . . . . " 50
Prodicus haeret. . . . . " 137
Prosper (S.) Aquitan. . . . . " 54
Prudentius . . . . . " 48
Prudentius Ep. Trecens. seu Tricassinus " 67
Pseudo-Philosophi . . . . . " 156
Ptolomaeus Lucensis . . . . . " 79
Ptolemaeus haeret.. . . . . " 136
Ptolemaitae-Secundiani. . . . . " 137
Pullus Robertus . . . . . " 71
Puritani haeretici. . . . . " 152
Pynitus (S). Gnosiae Ep. . . . . " 31
Pyrrhus Constantip. Ep. haeret. . . " 143

Q

Quadratus Ath. . . . . " 30
Quakeri haeretici . . . . . " 155
Quaresmius Franciscus. . . . . " 110
Quartodecimani . . . . . " 138
Quesnelliani. . . . . " 156
Quietistae novi. . . . . " 154

R

Radbertus Paschasius . . . . . " 64
Ratherius Ep. Veronen. . . . . " 67
Raulinus Ioann. . . . . " 85
Raymundus (S.) de Pennaf. . . . . " 72
Raymundus Iordanus — vide Idiota . "
Raynaldus Odoricus . . . . . " 113
Raynaudus Theophilus . . . . . " 108
Reding Augustinus . . . . . " 117
Reformati haeret. . . . . " 151
Reiffenstuel Anacletus . . . . . " 120
Reginaldus Valerius . . . . . " 120
Regino Prumiensis . . . . . " 67
Remigius Arch. Lugd. . . . . " 66
Renaudot Eusebius . . . . . " 124
Rheticius Augustod. Ep. . . . . " 47
Rhodon . . . . . " 31
Ribera Franciscus . . . . . " 93
Richardus Ep. Armachanus . . . . " 79
Richard Franciscus . . . . . " 113

Rigantius Ioannes . . . . . pag. 125
Roncaglia Constantinus. . . . . » 132
Roscellinus haeret. . . . . » 146
Rufinus Aquileien. . . . . » 45
Ruiz de Montoya Didacus. . . . . » 101
Ruinart Theodoricus. . . . . » 121
Rupertus Abb. Tuitien. . . . . » 70

S

Sabelliani . . . . . » 138
Sacconus Reinerius . . . . . » 74
Sa Emmanuel . . . . . » 94
Saenz de Aguirre Iosephus . . . . » 118
Salmeron Alphonsus. . . . . » 91
Salvianus. . . . . » 52
Salonius Ep. Genevensis . . . . . » 56
Sammarthanus Dionysius . . . . . » 124
Sanchez Thomas . . . . . » 97
Sanctius Gaspar . . . . . » 100
Sanning Bernardus . . . . . » 116
Saturninus . . . . . » 136
Savonarola Hieronymus . . . . . » 86
Schelstrate Emmanuel . . . . . » 117
Schmidelinus Iacobus haeret. . . . » 151
Schewnkfeldius Gaspar haeret. . . » 151
Schnorrenberg Anno. . . . . » 133
Scholarius Georgius . . . . . » 83
Schisma Anglicanum . . . . . » 152
Schisma Epp. Istriae . . . . . » 143
Scholasticus Epiphanius . . . . . » 59
Scholasticus Evagrius . . . . . » 60
Scholasticus Ioannes . . . . . » 60
Scoto — vide Ioann. Duns Scoto . . »
Scotus Marianus . . . . . » 69
Secundus haeret. . . . . » 136
Sedulius . . . . . » 56
Semi-Ariani . . . . . » 140
Senensis Sixtus . . . . . » 89
Serapion (S.) Ep. Antioc. . . . . » 31
Serarius Nicolaus . . . . . » 96
Sergius Constantinop. Ep. haeret. . » 143
Servatus — vide Lupus Servatus . . »
Servetiani haeret . . . . . » 151
Sethiani . . . . . » 134
Severus haeresiarcha. . . . . » 142
Sextus . . . . . » 33
Sfrondati Card. Coelestinus . . . . » 118
Siculus — vide Petrus Siculus. . . »
Sigonius Card. Carolus . . . . . » 89
Silvius Franciscus . . . . . » 104
Simo Magus . . . . . » 134
Simo Richard . . . . . » 122
Sinaita Anastasius. . . . . » 60
Siricius (S.) R. P. . . . . » 44
Sirmond Iacobus . . . . . » 105
Smaragdus Abbas . . . . . » 66
Sociniani haeret. . . . . » 151
Socrates Constantinop. . . . . » 56
Sophronius (S.) Patr. Hierosol. . . » 62
Soto Dominicus . . . . . » 88
Soto Petrus . . . . . » 89
Sozomenus Hermias . . . . . » 56
Spina Alphonsus. . . . . » 84
Spinoza Benedictus. . . . . » 155
Spondanus Henricus . . . . . » 103
Sponde — vide Spondanus. . . . . »
Sporer Patricius . . . . . » 122
Stadingi haeretici . . . . . » 147
Stancarus Franciscus haeret. . . . » 151
Staphylus Fridericus . . . . . » 89
Stapleton Thomas . . . . . » 94
Storkius Nicolaus haeret . . . . . » 151
Strabo Walafridus. . . . . » 66
Struggl Marcus . . . . . » 132
Studites Theodorus . . . . . » 66
Sturmius Ioann. . . . . » 153
Suarez Franciscus . . . . . » 97
Sugerius. . . . . pag. 71
Sulpitius Severus. . . . . » 48
Surius Laurentius. . . . . » 90
Suso Henricus . . . . . » 76
Syncellus Michael . . . . . » 66
Synesius Ep. Ptolemaidos . . . . » 49

T

Taberna Ioannes . . . . . « 133
Tamburrini Thomas . . . . . » 111
Tanchelinus haeret. . . . . » 146
Tatianus . . . . . » 31
Tatianus haeret. . . . . » 137
Taulerus Ioann. . . . . » 79
Tertullianus . . . . . pag. 32 et » 138
Thalassius . . . . . » 62
Thaboritae haeret. . . . . » 149
Thebutes haeret. . . . . » 134
Theodorus Trapez. . . . . » 138
Theodorus Mopsuestenus . . . . . » 141
Theodotus Coriarius . . . . . » 138
Theodoretus Ep. Cyrens. . . . . » 53
Theodulphus Ep. Aurelian. . . . . » 66
Theopaschitae haeretici . . . . . » 142
Theophilus (S.) Ep. Antioc. . . . . » 30
Thierry — vide Ruinart . . . . . »
Thomas (S.) Aquinas . . . . . » 74
Thomassinus Ludovicus . . . . . » 118
Thomasius Ven. Ioseph Maria . . . » 122
Timotheus Ep. Alex. . . . . » 48
Timotheus Aelur. haeret. . . . . » 142
Tirinus Iacobus . . . . . » 102
Titus Ep. Bostren. . . . . » 42
Toletanus Iacobus . . . . . » 81
Toletus Card. Franciscus . . . . . » 93
Tollandus haeret. . . . . » 157
Torres Franciscus . . . . . » 91
Torres — vide Turrianus . . . . . »
Tostatus Alphonsus . . . . . » 84
Tournely Honoratus . . . . . » 125
Touttée Ant. Augustinus . . . . . » 123
Trapezuntius Georgius . . . . . « 83
Tremulantes haeretici . . . . . » 155
Tricassinus Carolus Ioseph . . . . » 116
Trithemius Ioan. . . . . » 87
Tritheitae haeret. . . . . » 143
Triumphus Augustinus . . . . . » 76
Trullenchus Ioann. . . . . » 120
Turlupini haeretici . . . . . » 149
Turrecremata Card. Ioann. . . . . » 84
Turrianus Luisius. . . . . » 102

U

Ubaldi Giraldi . . . . . » 132
Ughelli Ferdinandus . . . . . » 11
Unitarii haeret. . . . . » 151
Ursiciani . . . . . » 110
Usuardus . . . . . » 67

V

Valens haeret. . . . . » 139
Valesius haeret. . . . . » 139
Valentinus . . . . . » 136
Valentiniani . . . . . » 136
Valerius Abbas . . . . . » 62
Van Der Beeck — vide Becanus . . »
Van Den Steen — vide A Lapide . . »
Van Est — vide Estius . . . . . »
Van Espen Bernardus . . . . . » 126
Van Walenburch Petrus . . . . . » 113
Vasquez Gabriel . . . . . » 96
Vega Andreas . . . . . » 89
Vega Emmanuel. . . . . » 104
Ven. Beda . . . . . « 61
Venerabilis — vide Mauritius Petrus . »

Vergerius Ioann. Abbas haeret. . pag. 153
Veronius Franciscus . . . . . " 104
Victorinus (S.) Ep. Petavion. . . . . " 36
Vigilantius presb. haeret. . . . . " 141
Vigilius Taps. Ep. . . . . " 56
Vilgarus haeret. . . . . " 145
Villani Ioann. . . . . " 79
Vincentius (S.) Lirinen. . . . . " 53
Viva Dominicus . . . . . " 121
Vulpes Angelus . . . . . " 110

X

Ximenes Card. Franciscus . . . . . " 87
Ximenes Rodericus . . . . . " 72

Y

Ysambertus Nicolaus. . . . . " 103

Z

Zabarella Card. Franciscus . . . pag. 82
Zaccaria A. Franciscus . . . . . " 130
Zamora Ioann. . . . . " 87
Zeno (S.) Veron. . . . . " 40
Zerbi Marcus . . . . . " 133
Zinzendorfiani haeret. . . . . " 157
Zuinglius Huldericus haeret. . . . " 151

W

Wadingus Lucas . . . . . " 106
Waldensis Thomas. . . . . " 81
Waldenses haeret. . . . . " 147
Walterus Lolhard. haeret. . . . . " 148
Wecilo haeret. . . . . " 146
Wex Iacobus . . . . . " 133
Whistonus Wilhelmus . . . . . " 157
Wicleffus Ioann. haeret. . . . . " 149
Wilhelmus Clareval. . . . . " 71
Witasse Carolus. . . . . " 133

REIMPRIMATUR
Fr. Vincentius Maria Gatti O. P. S. P. A. Magister.

270.02
Z69

2771

ZITELLI NATALI, ZEPHRINIIS

AUTHOR

Enchiridion ad Sacrarum Disciplinarum Cultores Accomodatum

TITLE

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
		NOV 19

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
BERKELEY, CA 94709

2771